

Her

109.





BIBLIOTHECA GERMANICA,

Sive

NOTITIA SCRIPTORUM RERUM GERMANICARUM

QVATUOR PARTIBUS ABSOLUTA,

quarum

I. Eos complectitur Auctores, qui de Germaniæ veteris & recentioris situ & qualitate, Montibus, fodinis metallicis, Sylvis, Fluminibus, Thermis & Acidulis: De Germanorum Nominibus propriis, Linguâ, Poësi, Proverbiis, Eorundem Corporum habitu, Heroibus, Libertate, Imperio, Ejusque statibus & membris, Stemmatibus Illustrissimis, Torneamentis, Insignibus, Legibus fundamentalibus, Actis publicis, & Comitiis, Item: de Religione, Episcopatibus, Monasteriis, Sanctis, De Academiis, Viris doctis, & Bibliothecis, &c. scripserunt:

II. Auctores illos recenset, qui Res gestas, potissimum vero in Germaniâ, partim à condito, partim vero à redemto Orbe ad nostra usque tempora literarum monumentis consignarunt,

III. Augustissimorum Imperatorum Romanorum Germanicorum à Carolo M. ad Potentissimum & Invictissimum DN. LEOPOLDUM. P. FEL. AUG. hodie feliciter imperantem, brevem Historiam, Scriptoresque eos, qui de Vitâ & Rebus gestis eorum aliquid sunt commentati explicat:

IV. Eos sistit Auctores, qui de singularum Germaniæ Provinciarum situ, Illustrissimis atque Serenissimis earum Principibus, Generosissimis Comitibus & Baronibus, Rebus in iisdem gestis præcipuis, Urbibus, Basilicis, Monasteriis, Arcibus, Oppidis, & si quâ præterea alia memoriâ visuque digna se offerant, in publicum aliquid prodiderunt:

In gratiam Historiæ Patriæ Cultorum,



COLLECTA

à

MICHAELE HERTZIO, Histor. P.P.

ERFURTI,

Sumptibus BENJAMIN Hempells/Bibliopol.

Anno 1679.



Lecturis omnium ordinum honoratisſimis S.

BIennium eſt, & quod excurrit, cum Viri quondam Summi MARQVARDI FREHERI Directorium in omnes fere, quos ſuperſtites habemus Chronologos, Annalium ſcriptores, & Hiſtoricos, Romano-Germanici potisſimum Imperij, Tomo I. Jllius Scriptorum aliquot Germanicarum Rerum præfixum (quod etiam Helmſtadij ſuperioribus annis prodiit) accuratius inſpexi: Opuſculum illud, etſi multis nominibus utile, non tamen quod omni ex parte abſolutum eſſet viſum mihi eſt, dum ex illo, de quibus potisſimum quilibet Auctor ſcripſerit, Hiſtoriæ germanicæ Studioſus cognoſcere haud queat, multo vero minus, à quo Auctor in lucem editus fuerit, & ubi inveniri posſit, cum in Corporibus Hiſtoricis Ejusdem FREHERI, PISTORII, GOLDASTI, URSTISII, REUBERI, SCHARDII, LINDENBROGII & aliorum, plerique lateant, ſeparatim rarisſimè editi, ut & eos in Bibliopoliis fruſtra requiras. Hunc defectum, cum pro eo, quo Hiſtoriam, præſertim patriam ſemper complexus ſum ſtudio, viriumque facultate ſupplere agito, cupido me, plura de Germania meditari invaſit, Auctoresque eos, qui præter hiſtoricam Rerum geſtarum ſeriem ad decus & ad laudem Germaniæ ſcriptis ſuis operam impenderunt, colligere, atque in certas claſſes ordinare. Non equidem adeo vanus ſum, ut omnes qui de rebus his-

ce ſcripſerint Auctores, adduxiſſe me hoc volumine perſuaſerim, cum publicâ Bibliothecâ hic Erfurti deſtitutus, præter Fautorum atque Amicorum ſubſidia (quos inter prcipuè Nobil. & Conſultiſſ. D. MAURITIUM GUDENUM JCtum Celeberrimum, &c. & Nob. & Doctiſſ. Dn ADAMUM VVILHELMUM ROMANUM á Mogkershausen nomino, perque eos non parum profeciſſe me gratisſimo animo profiteor;) parum auxilii ſuppetierit, quam, quod privata ſupellex libraria, ſatis adhuc tenuis attulit, variorumque Scriptorum, Catalogorum & Indicum lectio ſuggesſit: Fruge omni carituram qualemcunque hanc opellam haud exiſtumo, cum præſertim, qui eâ uti velint, chartâ purâ eam diſtinguent, in quam eos Auctores, qui hic omisſi ſunt, aut quos novos futura tempora dabunt conjiciant: Errata, quæ curam & lectionem effugerunt, & quorum Emendationem ſuſcipere temporis jam vetat anguſtia, Lectorum benevolentia facile condonabit. Invidiam vix eſt, ut tenuis hic labor metuat, cum paucisſima mea eſſe ultro profitear, omnemque hanc opellam Patriæ amori ejusque commodis unicè deſtinaverim. Viros potius Excellentisſimos & Doctisſimos, eâ quâ par eſt obſervantiâ rogo, ut Conatus hos meos, quorum meta unica decus publicum eſt, juvare inopiamque ſublevare meam non dedignentur. Meliora monitus haud refragabor: quæ ad augendam Germaniæ noſtræ gloriam benignè conferent, gratisſimo animo accipiam, imo ſi felici mihi eſſe adeo liceat, avidisſimè expectabo.



B. C. D.

Notitiæ Scriptorum Rerum Germanicarum

Partis Primæ.

Sect. I.

De Auctoribus quibusdam, qui Scriptorum Rerum germanicarum Catalogum operibus suis adjunxerunt, aut immiscuerunt.

GErmanicarum Rerum nostrarum Notitiam B. cum Deo, tradituro mihi, non inutile visum est, ut ijs etiam, qvæ presserunt alij, vestigijs insisterem, & eos Auctores, qvi de eadem, qvam præ manibus habent, materiâ, ante se scripserunt, in frontispicio plerunqve operis sui ponere solent, imitarer. Ita enim, per qvos ipsi profecerint, non ingenue modo profitentur, sed & qvid ipsi rei tractatæ vel lucis vel integritatis post modum accesserit, demonstrant. Non desunt & hic, qvos eo nomine huc collocandos censeo, qvod Catalogum fere Scriptorum ejusmodi in Operibus suis exhibere voluerint. Ex qvibus primus.

1. JUSTUS GEORGIUS SCHOTTELIUS, Fürstl. Braunschw. Läneb. Hof- und Consistorial-Rath/ und Hofgerichts Assessor, in der fruchtbringenden Gesellschafft zubenahmet / der Suchende: Vir de Patriâ suâ meritissimus, nobisqve non uno in loco inferius nominandus, qvi in Opere suo elaboratissimo, Von der deutschen Haubtsprache. libro V. tractatum qvartum inseruit: Ein unvorgreiflicher Bericht/ von denen bekanten und gelehrten Leuten und Auctoribus, welche von Deutschland und von den Deutschen/ von Deutschlandes Zustande und Wesen/ vorgangenen Geschichten/ und sonderlich der deutschen Sprache/ und die in derselben etwas sonderliches und merckwürdiges/ so wohl vormahls/ als in Neuligkeit geschrieben. à p. 1150 - 1215. Verum ut hanc penitus absolvere rem, in animo forsan non habuit, sed specimen potius ejus tradere; ita multos, qvi ad Historiam germanicam illustrandam faciunt, præterijt, pluresqve alios, qvi de varijs rebus, lingvâ tamen germanicâ scripserunt, adduxit. Impress. est opus illud Brunsvigæ 1663. ap. Chr. Frid. Zilligern. in 4.
Non minus utilem etiam, hac in re operam posuit

2. R. P. F. GABRIEL BUCELINUS, Ord. S. P. *Benedicti Asceta Theologus Imperialis Monasterij Weingartensis, & Prior S. Ioh. Bapt. in Veldtkirch Rhætorum.* in rebus, ad Germaniam spectantibus indagator solertissimus longeq; felicissimus, in historiæ semitâ per Auctores demonstrata, Rerum etiam Germanicarum Scriptores aliqvot annotavit, spemqve fecit, de alijs ejusmodi auctoribus suo tempore, plura & mira afferendi, sed qvæ lucem hactenus nondum, qvod sciam, conspexerunt. Invenies autem Indiculum illum, in Nuclei universalis, cum sacræ tum prophanæ historiæ Auctario, seu parte secunda, *impr. Augustæ Vindel.* 1664. *Sumt. viduæ Ioh. Görlin. in 12.*

3. PHILIPPI ANDREÆ BURGOLDENSIS (uti appellare se amat) qui pluribus, qvæ in Jure tam publico qvam privato edidit, scriptis hactenus inclaruit, Notitiæ Rerum illustrium Imperij Rom. Germ. s. Discursibus, Juridico-politico-historicis ad Instrumentum s. Tabulas Pacis Osnabrugo-Monasteriensis, adjectus qvoqve reperitur Indiculus, optimorum Theologorum, JCtor. Politicorum &c. ab ipso & Francisco

Ireni-

Irenico maximam partem citatorum judicia referens, qvi non minimum usum, harum rerum curioso præstabit: *Habetur in edit. secunda, impressa* 1669. 4.

4. Et ut exteros qvoqve adducamus, JOHANNES BODINUS *Andegavensis*, Methodo suæ historicæ C. 10. de historicorum ordine & collectione Indiculum etiam subjecit, Historicorum germanorum, & populorum omnium, qvi ab Alpinis usqve ad mare Balthicum, & à Rheno usqve ad Vistulam sedes habent: sed cum admodum brevis sit, vix accuratam, res nostras inspicere volenti cognitionem (qvis enim hanc ab homine gallo, Germaniæ adeo infesto, ut scripta ejus alia doceant, expectabit?) *Edita est hæc methodus Lugd.* 1591. 12. Huic accedet insuper

5. PHILIPPUS LABBEUS, *Biturix, ex Soc. J.* vir plurimæ sane lectionis, multisqve scriptis celeberrimus, qvi Bibliothecæ suæ Bibliothecarum plures etiam subinde inseruit, qvi non de Germania solum, sed & de germanicarum rerum scriptoribus consignandis laborarunt, qvem Ben. Lector, adire potest: *Excusa est Rothomagi, impens. Ludov. Billaine, Bibl. Paris.* 1671. 8. *edit.* 2.

Neqve à scopo nostro alienum erit si Auctores etiam nonnullos hic subjungamus, qvi licet, aliarum etiam gentium historicos & viros, qvi in qvibuscunqve facultatibus scribendo, nomen celebre adepti sunt, collegerunt, qvorum agmen merito ducat Vir summus

6. GERHARDUS JOHANNES VOSSIUS: qvi libris tribus, qvos de historicis latinis composuit, qvam plurimos historiæ nostræ vindices enumeravit, & suis qvemqve elogijs decoravit: *Prodijt Lugd. Batav.* 1627. 4. *apud Joh. Maire.* Hujus vestigia ut plurimum legit

7. JOHANNES MARTINUS ZEILERUS: scriptis suis utilissimis notior, qvam ut ipsi famæ aliqvid à nobis addi possit, in libro, qvem indigitavit: *Historici, chronologi, & Geographi celebres ex variis qvi de eorum ætate seu tempore, qvo vixerunt, & operibus qvæ reliqverunt, scripserunt; ac de plerisq; judicium suum tulerunt, collecti*: Alphabethico id ordine opus absolvit, qvod modo laudatus Vossius secundum temporum seriem digesserat, inqve duas partes distinxit: *Impr. Ulmæ. Impens. Joh. Görlin.* 1652. 8.

8. Neqve inutiliter hic adhiberi poterit GEORGIUS DRAUDIUS, *Ottenbergensis Pastor*, qvi plurimorum etiam ejusmodi Auctorum mentionem fecit in *Biblioth. classica seu Catalogo officinali*, in qvo singuli singularum facultatum ac Professionum libri (adeoqve & historiæ germanicæ) qvi in qvavis fere lingva extant, qviqve intra hominum propemodum memoriam in publicum prodierunt, ordine alphabetico recensentur. *Francof.* 1628. *tomis* 8. 4. *ap. Petrum Kopfium.*

9. Eodem fere instituto scripsit PAULUS BOLDUANUS *Stolpensis Pomeranus, Pastor Wesfinensis*, qvi præter Bibliothecam Theologicam & Philosophicam, Historicam qvoqve edidit, seu *Elenchum Scriptorum historicorum & geographorum, qvi historias vel universales totius Orbis, vel particulares certæ cujusdam Provinciæ, &c. usq; ad ann.* 1620. *scripserunt*, in qvo, qvi de rebus nostris labore suo bene meriti sunt plurimi reperiuntur. *Ed. Lips.* 1620. 4. *ap. Frider. Lankisium impensis heredum Tho. Schureri.*

Nec pauca adhuc supersunt nomina, eorum, qvi vel dudum vel hodienum in concinnandis Catalogis operam suam collocarunt, & impendunt, qvæ B. L. studio relinqvimus, qvi ex hisce & Bibliopolarum celebriorum Catalogis, qvorum amplus satis ubiqve numerus, loculos suos facile locupletiores reddere poterit: nos ad institutum nostrum proprius accedamus.

Se-

Sectio II.

De Germaniæ veteris pariter & recentioris ſitu & qvalitate.

GEntes, qvantum de antiqvitate ſuâ invicem concertaverint, ſatis indicat *Juſtinus* hiſtoricus, ubi contentionem Scytharum & Ægyptiorum l. 1. c. 1. v. 6. ſeqq. de vetuſtate generis ſui altercantium elegantiſſimè exponit: Qvamvis autem Germanis, qvod hanc dignitatem concernit, nulla facile natio qvæſtionem movebit; huc enim pertinet qvæ Tacitus c. 2. de mor Germ. ſcribit: Germanos indigenas crediderim, minimeqve aliarum gentium adventibus & hoſpitijs mixtos: ſatisq; hoc contra Sylvium evicit Bebelius, inferius nobis nominandus: cum hi non aliunde migrantes prioris alicujus populi ejectione terras haſce occupaverint, ſed potius vicina regna fere omnia gente ſua impleverint, imo ad ultima fere Orientis, uti qvibusdam placet, penetraverint; optandum tamen eſſet, vetuſtiſſimæ gentis noſtræ incunabula, ut ex monumentis domeſticis deduci, fideqve dignis demonſtrationibus oſtendi poſſent: Verum uti majores noſtri, magis ut fortia & præclara facta præſtarent, qvam prædicarent, ſoliciti fuerint, longisſimoqve tempore omnis literarum uſus penitus apud ipſos ignotus fuerit, qvid inde é noſtro penu ſperandum ſit facile liqvet. Specioſa qvidem ſunt, qvæ ab Arctois gentibus jactantur de rupibus, Runicis qvas appellant, literis, â remotiſſimis usqve ſeculis loqventibus, de qvibus Olaus Magnus, in Hiſtoria de Gentibus ſeptentrionalibus, & Olaus Wormius, Medicus Hafnienſis, in Runicâ ſeu Danicâ literaturâ antiqvisſimâ vulgò Gothica dicta, Anno 1636. Hafn. edita, pluribus videri poſſunt. Verum cum ipſa hæc Hermanno Conringio, Viro ſummo, & Rerum noſtrarum longè peritiſſimo, in aureâ præfatione, C. Corn. Taciti, de moribus Germanorum libro, præmiſſâ, p. 48. ſuſpecta ſint, qvid illis ulterius immoremur? Sane ſi certi aliqvid, circa antiqvitatum noſtrarum notitiam comparare placuerit, manifeſtum eſt peregrina inprimis ſcripta, græcorum latinorumve (qvos penes literarum in Europâ gloria olim ſtetit,) conſulenda eſſe, inter qvos ſe primo nobis offert:

10. CLAVDIVS PTOLOMÆVS, *natione Ægyptius, patria Peluſiota*, qvi ſub M. Antonino, clarisſimus Artium liberalium & græcarum literarum ſtudijs floruit Alexandriæ, Hic Geographiæ lib. II. c. 11. & 12. de Germaniâ Magnâ & Rhætiâ qvædam annotata reliqvit. Verum qvantum homini peregrino in rebus hujusmodi fidendum ſit, non uno in loco nobis oſtendit doctisſimus *Philippus Cluverius* in Germaniâ antiqva, inferius allegandâ. Effigiem ejus, operumqve qvæ edidit, & eorum
11, qvi in illa commentati ſunt Catalogum, exhibet JANVS JACOBUS BOISARDVS, tertiâ parte Iconum Virorum illuſtrium, Francof. ad Mæn. Anno 1631. 4. excuſarum, eff. 47. p. 185. *Edita eſt Ptolomai geographia gr. & lat. cum Tabb. geograph. ad mentem Auctoris reſtitutis per Gerbardum Mercatorem, 1584. fol. & , à Petro Montano recognita, & caſtigata, adjectis inſuper nominibus recentibus & aeqvipollentibus ex variis auctoribus collectis fol. maj. Jodocus Hondius excudit ſibi & Kornelio Nicol. 1605. proſt. Francof.*

12. Certiora forſan, qvamvis antiqvior, exhibeat nobis STRABO: vir Vosſij judicio de hiſt. gr. l. 2. c. 6. profecto maximus, ab Amaſia civitate Ponti, *Amaſenus* cognominatus, qvi ex diutina & curioſisſimâ terrarum luſtratione, de qva lib. 2. ipſe loqvitur, Geographiæ lib. 17. compoſuit, & libro 4. & 7mo. qvæ ad res noſtras ſpectant, delineavit. *Ed. eſt Baſilea gr. & lat. ex verſione primò Gvarini Veronenſis, & Gregorij Trifernatis, deinde Conradi Heresbachij, 1594. ap. Henr. Petri. fol. item Interpr. Gvilh. Xylandro. 1571. fol. cum Iſaaci Caſauboni. Commentario, cui Editioni inſuper acceſſit tabula totius Orbis deſcriptionem complectens Genev. 1587. fol. deniq. gr. lat. cum obſervationibus Fridr. Morelli, Pariſijs 1620. fol. & lat. Amſterod. 1651. 12.*

13. Non temperare mihi poſſum, qvin & alius Auctoris græci, qvamvis recentioris locum adducam. Is eſt LAONICVS CHALCONDYLAS, Athenienſis

(de qvo vide *Vossium* de histor. gr. lib. 2. c. 30. p. 311.) Is in historiæ græcæ Rerum Turcicarum, libro secundo, insignem Germaniæ descriptionem inseruit, qvam etiam vir summus MARQVARDVS FREHERVS, To. II. Scriptorum Rerum germanicarum, cum versione recensitâ & Commentariolo præmisit.

Verum ut ad latinos nos convertamus postulat instituti nostri ratio, cum nemini fere non constet, qvam negligentes fere in aliarum regionum descriptione versati fuerint græci, suarum tantum rerum admiratores. Hic si votis peragere rem liceret, optaremq profectò, ea omnia superesse, qvæ olim isti, qvanqvam hostes, de gen-
14. te nostrâ prodiderunt. Plurima enim præclara, consignata sunt, proprijs etiam hujus argumenti voluminibus, qvæ nobis post ævum invidit. Sane TITUM LIVIUM, Rerum Romanarum scriptorem diligentissimum, de Gente etiam nostrâ haud pauca memorasse, ex Epitomatore ejus constat. Scripserat &

15. ASINIVS QVADRATVS de Germania, ut testantur *Strabo*, lib. 4. Geogr. Φησὶ τὸ μῆκος αὐτοῦ (de Rheno loqvitur) σταδίων ἑξακισχιλίων, Ἀσίνιος h. e. *Asinius* Rheno assignat longitudinem stadiorum IↃↃCIↃ. & mox, Φησὶ δὲ καὶ δίστομον εἶναι μεμψάμενος τοὺς πλείω λέγοντας h. e. Ait & duo habere ostia, eos reprehendens qvi plura statuunt. Itemqve *Agathias*, l. 1. historiæ suæ: Si seqvendus nobis *Asinius Qvadratus*, vir Italus, qviqve de rebus germanicis accuratè tractavit, &c.

16. C. etiam PLINIUS *Veronensis*, naturalis historiæ Scriptor Vespasiani & Titi Impp. temporibus florens, XX. libros, de bellis omnibus, qvæ Romani cum Germanis gesserunt, composuit, Auctor de his est *Plinius* alter, Epist. V. libro. 3. qva de lucubrationibus avunculi agit: Item *Svetonius Tranqvillq* in Plinij hujq vitâ: Bella, inqvit, omnia, qvæ unqvam cum Germanis gesta sunt, viginti voluminibus comprehendit. Itemq; Tacitus l. 1. Ann. c. 69. Libros qvidem eos Augustæ Vindelicorum extare credidit *Conradus Gesnerus* qvi alicubi id se legisse ait; sed fucum ab aliqvo per Epistolam ei factum
17. arbitratur sæpius laudatus Vossius de hist. lat. lib. 1. p. 141. Taceo jam VALERIUM
18. BASSUM Poëtam, Item ABLABII & DIONIS Gothica, qvorum *Jornandes & Pau-*
19. *lus Diaconus* meminere, auctore *Marqvardo Frehero, in not. ad Petr. de Andlo, in præfat: p. 120 Edit. Norinberg.* Verum cum frustra hanc jacturam deploremus, avidius id, qvod tot seculorum decursu relictum nobis est, amplectamur, & ad eundem
20. C. PLINIUM redeamus, qvi naturalis suæ historiæ lib. 18. capita *12. 13, 14. 15. 16. & 17.* Germaniæ nostræ describendæ dedicavit: ex qvibus non parum lucis, abditis ejus antiqvitatibus accessit. *Edita est Historia hæc, ap. Coloniam Agripp. in ædibus Eucharij Anno 1524. in fol. & cum annot. Dalechampij Francof. 1608. & Colon. Allobr. 1615. fol. &c.*

21. Neqve etiam, hoc antiqvior, eam omisit POMPONIUS MELA *natione Hispanus*, qvi Claudij temporibus floruit, & inclaruit tribus libris de *Chorographiâ*, ut est in plerisqve libris, seu potius, ut in alijs vocantur, *De Orbis situ*, in qvibus & perspicua est brevitas, & mira elegantia, ita uti *Strabo* ab eruditione & â diligentia *Plinius*, supra allegati, commendantur, sic ab arte *Mela*, qvod judicium est *Alfonsi Garsia Motamori, in Commentario de doctis Hispaniæ viris atq; ejusdem Academijs*, qvem habes To. II. Scriptorum Hispaniæ illustratæ. Inseruit a. pro instituti sui ratione, nonnulla etiam de Germaniâ â Rheno incipiens, libro suo tertio; *Editus est, unâ cum C. Iulij Solini Polyhistore, Scholijs & tabb. illustratus Basileæ ap. Henr. Petri. 1576. 8. & ex recensione Andr. Schotti, cum Hermolai Barbari & Ferdin. Nonij castigationibus Antw. 1582. 4. it cum Commentario Vadiani. Basil. 1557. fol. & novissimè emendatius & observationibus illustratus Isaaci Vossij. Anno 1658.*

Prolixius hac de re egit, si modo & accuratius id præstitisset

22. C. JVLIVS CÆSAR, gladio pariter & calamo validissimus. Hic enim Commentarijs suis, qvos de Bello gallico composuit, libro præsertim qvarto & sexto, qvæ ad res nostras illustrandas pertinent, immiscuit; sed qvibus adeo firmiter niti merito dubites; Vereor enim, ne jure censuram *Philippi Cluverj* mereatur, qvi *lib. 1. Antiqvæ Germaniæ* ita scribit: *Verum Cæsari an tuto satis hac in re fides haberi possit*

posſit, eqvidem haud parum dubito : De neglıgentiâ in conſcribendis Commentarijs rectè eum reprehendiſſe Aſinium Pollionem innumeris hodie convinci poſſet argumentis, Qvare & haud injuriâ apud Strabonem ſuper Rheni oſtiis ab Aſinio Qvadrato, & ſuper magnitudine Arduenna ſylva ab ipſo Strabone redarguitur. Hæc ille : Verum cum è tanto literarum naufragio, tabulas colligamus, grati etiam, qvæ nobis obveniunt ejusmodi fragmenta, accipimus, quibus ſi deſtituti etiam eſſemus, in craſſioribus ſæpe tenebris hæreremus. *Excuſa ſunt* Illuſtrisſimi Hiſtorici hujus quæ extant, poſt varias editiones, *novisſimè Francof. in offic. Zunnerianâ.* 1669. 4. *maj. adcurante Gothofredo Jungermanno, qui Interpretem græcum librorum VII. de bello gallico, variorumq; Notas & Commentaria adjecit : cum rerum & locorum Indicibus & Tabb. geographicis.*

23. Ut autem deperditorum deſiderium æquius feramus, unicus ille efficit Libellus, quem C. CORNELIUS TACITUS *de Germanorum moribus*, compoſuit, (quæ enim *Vellejus Paterculus, Dio, & Marcellinus* de Germanis habent, noſtro ſcopo non adeo inſerviunt) qui, uti conſtat, familiam ducit inter omnes Hiſtoricos, quâ prudentiam, qvâ ſincerum mentis judicium, quâ poſtremo ipſam dictionis gravitatem : Hic uti ſuperius memoratis tempore eſt poſterior, ita dubio procul comperta magis omnia habuit, adeoque ſcripſit fide multo certiore. Cum n. ipſe Belgicæ Galliæ Procurator datus, res Principis adminiſtraverit, quis credat illi ignotam Germaniam fuiſſe, cum Rheni & Danubij littora pluribus legionibus defenderentur, & in media Roma miles Germanus excubaret ? *Diligentiam a. viri* (utar verbis Magni *Conringij in laudatâ præfatione p. 55.*) *circa res noſtras inquirendas loqvantur ſcripta, utpote cum nemo de nobis plura, nemo certiora prodiderit. Neq; eſt, cur fidem ejus habeamus ſuſpectam, propterea quod â Iulio Cæſare, Plinio, Strabone, atq; alijs diverſa nonnunquam narret. Facile enim probatu eſt, pro hujus ſententijs ſequentium ſeculorum monumenta facere : Ut taceam per ſeſe liquere, illis minus comperta noſtra fuiſſe, præ novitate, quando dies diem docet.* Hact. ille : Vide etiam hac de re quæ ſcripſit *Cluverius* in fronte Operis ſui de Germaniâ antiquâ. p. 1. & 2. Edidit nunc Corn. Taciti librum ſeparatim, (omnes enim, vel ſaltem plurimas Taciti editiones recenſere nimis foret tædioſum) una cum Notis, additisque Excerptis *Julij Cæſaris, Strabonis, Melæ, Plinij, Cl. Ptolomæi,* quæ ſup. â adduximus, cum præfatione nunquam ſatis laudatâ πολυμαθέςα] *H. Conringius Helmſtadij 1652.* 4. *typis & ſumtibus Henningi Mülleri* Eo-
24. dem etiam dudum conſilio JOHANNES PAPPUS, *Theologus*, Germaniæ veteris deſcriptionem, ex probatisſimis auctoribus latinis & græcis, *ſc. Ammiano Marcellino, Antonini Itinerario, Notitia Dignitatum &c.* in uſum Scholarum hiſtoricarum Academiæ Argentoratenſis collegit : quæ excuſa eſt Argentor. 1591. ap. Anton. Bertram 8.

Maximam v. TACITO noſtro auctoritatem conciliat, (ut ad ipſum revertamur) quod magno quidam ingenio viri, qvum antiquisſimas res noſtras tantum ex monumentis Græcis Romanisque petendas, rectè cenſuiſſent, quicquid multo ſtudio argumenti hujus comportârant, quicquid intenſis omnibus ingenij nervis inquiſierant, id omne ad *Tacitum* ceu ad cynoſuram & amusſim quandam narraverint. Teſtetur* hoc cum alijs ſeqq.

25. BEATUS RHENANUS. *Seleſtadienſis*, optimè de bonis literis in emendando *Tertulliano, Livio, Tacito, Plinio, Seneca, Vellejo,* potisſimum autem de patriâ ſua Germaniâ meritus, quam libb. tribus, in quos multa notatu dignisſima congesſit, illuſtravit, nec levem ijs operam impendit. De eo ſic *Sturmius* referente *D. Schotzelio*, d. Tr. p. m. 1158. *Exiſtimavit Rhenanus, naturæ ſuæ & conſcientiæ conveniens eſſe, domi privatim & temperanter, nullo faſtu, nullis contentionibus vivere, in ſua Bibliothecâ verſari, convivia non magnificè domi ſtruere, ſed ea cum amicis per intervalla celebrare,* Vixit absque maleficio, ullavé injuriâ Obijt *1547.* Argentorati, inteſtatus. Effigiem ejus, vitam, ſcriptaque reliqua, vid. apud *Job. Jac. Boisſardum.* To. 1. eff. 41. p. m 248. *Excuſi ſunt hi ejus libri Baſil.* 1551. *fol. it. Argent.* 1610. 8.

26. ANDREAS item ALTHAMERUS : qui in eundem *C. Taciti* librum Scholia edidit, quorum in Epilogo, Lectori, quantum laboris in ijs collocaverit,

ostendit, seque B. Rhenani, quem fidelissimum in restituendis Auctoribus hominem, quique Cornelio multum lucis adhibuerit, annotatiunculis, multum se esse adjutum fatetur, Prodiere Amberga. 1609. 8. separatim, & cum alijs ejusdem argumenti edita sunt à Simone Schardio. To. 1. Rer. German. recuso Giessæ ex offic. Seilerianâ, 1673. fol.

27. JODOCUS quoque WILLICHIUS, in eadem post Rhenanum & Althamerum, uti ipse sub finem præfationis, ad Sigismundum Marchionem Brandeb. meminit, palæstrâ desudavit, & ad modò laudatum Cornelij Taciti libellum Commentaria, libris duobus, quorum priori, quæ de Germaniâ in genere, posteriore vero, quæ de Germaniæ populis notanda occurrant, prosequitur, meditatus est: cum compendiosâ pro loco, Succini historiâ. Exhibentur itidem To. 1. Sim. Schardij. a. p. 40. usq. 69.

28. HENRICUS GLAREANUS etiam, vir doctissimus, & decus Helvetiorum, uti ipsum nominat Joh. Frobenius, Annotationibus suis in Iulium Cæsarem, Sallustium, aliosque clarissimus, laborem etiam huic Auctori nostro illustrando impendit Commentariolo peculiari, quo vetusta Germaniæ populorum vocabula, & obiter alia quædam, huc pertinentia explicata dedit: Habetur & apud Schardium, d. To. 1. a. f. 70. usque 76. cui ibid à pag. 77. subjiciuntur, quæ

29. PHILIPPUS MELANTHON communis Germaniæ Præceptor, circa vocabula Regionum & Gentium, quæ in hoc Taciti libello recensentur, commentatus est. Propius ad tempora nostra accedunt

30. MATTHIAS BERNEGGERUS. Prof. quondam in celeberrimâ Argentin. Pub. de Historicis studioq; historico meritissimus: qui Taciti nostri libros de Germaniâ, & vita Agricolæ, Academicis Exercitationibus illustravit, junctim vero postea & auctioribus editis à Joh. Freinshemio, Argent. 1648. 8.

31. GABRIEL etiam ACKELEY. Exercitationes XXV. seu Politico-philologicos Discursus, ad libr. Corn. Taciti de moribus Germanorum Veterum (quarum encomium, Celeberrimi Viri Stephani Joh. Stephanij Historiographi Regij, censura in frontispicio apposita continet) elaboravit, & Christiano IV. Daniæ & Norw. Regi inscripsit: Impr. Soræ, typ. Henr. Krusij. Ann. 1646. 8.

32. Novissimè spartam hanc quam maximè egregiè exornavit CYRIACUS LENTULUS in Academiâ Cattorum Marpurgensi P. P. celeberrimus. qui post cætera Taciti scripta, quæ observationibus politicis & historicis illustravit, tandem ad ejus Germaniam & Agricolam, quæ annotavit, Politicorum Commentariorum Complementum adjecit: Prod. Marb. Cattor. imp. Joh. Kursneri, 1666. 8.

Neque defuerunt etiam alij, qui illustrandæ Patriæ suæ, dignitatisque ejus promovendæ causâ non infeliciter laborarunt, & quod ex auctoribus undique observarint, suo ingenio digesserunt: ex quibus sese offert:

33. Illustris BILIBALDUS PIRCKHEIMERUS. DD. Maximiliani I. & Caroli V. Impp. Augg. Consiliarius, Eques auratus, Senator, & Patricius Norinbergensis; cujus brevis quidem, sed utilissima legitur Germaniæ explicatio ex variis Scriptoribus, ad Illustr & Generos. Dn. Hermannum Nuenarium, Comitem, Præpositum Coloniensem: Extatque inter opera Pirckheimeriana, Politica, Histor. Philol. à Melchiore Goldasto collecta, & Francof. 1610. ap. Jacob. Fischer. impr. in fol. a. p. 94. ad p. 113. itemq; apud Schardium To. I. ap. 81. usq; 94.

34. HENRICUS BEBELIUS, etiam, Justingensis, Suevus, P. L. vir suâ ætate doctissimus, Patriam suam honestissimo obsequio in Oratione, quam ad Augustiss. & Sacratissimum Imperatorem Maximilianum, de Ejus & Germaniæ laudibus, prosecutus est: nec minus de Conterraneis optimè meruit, elegantissimo opusculo, orationi suæ subjuncto, quo contra triviales & plebejas nonnullorum historiolas: Francos & Saxones adventitiam gentem esse, solidissimè demonstravit: Germanos autoch-

trochones esse : s. indigenas, quod apud eundem Scha rdium p. 105. legi potest Optimè etiam qui huic aggregetur numero, promeritus est

35. JACOBVS WIMPHELINGVS, *Selestadiensis*: Vir, teste *Udalrico Zasio, JC*, doctrinâ, moribus, ætate, integritate, virtute venerabilis & conspicuus, *Epitomâ suâ, quam de rebus germanicis composuit*, labore multo, fideque tantâ, censente *Thoma Wolphio*, quasi fides ipsa dictitasset; in quâ de Germanorum populorum nominib9 & fortitudine, de Impp. Germ. de rebus memorabilibus, de artibus denique & nobilitate, virtutibusque Germanorum elegantissimè scripsit. Habetur itid. ap *Schardium* To. I. à p. 170. 199.

36. Maximo etiam Patriæ suæ Germaniæ ornamento fuit, Vir Clarissim9: CONRADVS PEUTINGERVS, *Augustensis J. U. D. Sermonibus suis convivalibus* in quibus quam plurima ad illustrationem Germaniæ spectantia explicavit: De hoc ita *Udalricus Zasius J. C.* Epistola ad *Thomam Wolphium*, sermonibus hisce præmissâ; *Mira est*, inquit, *hujus Viri exquisitio, ingenij promtitudo incomparabilis, memoria tenacissima, qui infinitis prope negotijs, tum Regiæ Majestatis, apud quem potiores partes agit, tum etiam suæ Urbis Augustensis, quæ ab ejus auspicijs non modicè pendet, tum deniq; amicorum suorum, quibus omnia se debere putat, impeditus, tam à communi cognitione recedentia, & quæ annixissimos labores, continentissima studia, multijugam lectionem, requirant, colligere potuerit*: *Leguntur itid. ap Schardium To.* 1. *p.* 200. - 213.

Atque ut solutæ etiam Orationi ligatam misceamus, de Patria sua svavissime cecinit:

37. CONRADVS CELTES, *Protucius, Germanus, Poëta primus Imperatorijs manibus coronatus*: carmine elegantissimo *de situ & Moribus Germaniæ*, quo de sideribus ejus verticalibus, lateribus quatuor, jugis ejus & montibus, de tractu Hercyniæ, & qualitate telluris felicissime est modulatus. Extat ap. eundem *Schard.* To. I.

Hunc apud eundem excipit

38. ÆNEAS SYLVIVS, *Piccolomineus Senensis, Pij II. postquam ad Pontificale fastigium erectus est, cognomen fortitus*, Vir rerum nostrarum callentissimus, utpote qui apud *Fridericum* Imperatorem, per integros annos 12. non solum Secretarium & Consiliarium intimum egit, sed in plerisque etiam Imperij Diætis præsens, res longè gravissimas tractavit: quæ fusius describit *Platina*, *in vita ejus. p. m.* 321. *edit Colon:* 1604. 4. Auget v. Catalogum nostrum Germania suâ, excerptâ ex eo libro, quo gravamina Nationis Germanicæ à *Martino Mereo JCto Moguntino*, sedi Romanæ objecta diluit. In quâ Urbes, civitates, (ubi etiam *Erfordiæ* nostræ mentio) Ecclesiæ, Episcopatus, Principatus, & nobilissimæ Germanorum familiæ describuntur, v. â. p. 229.

Eandem quoque in classem ut recipiatur promeruit

39. SEBASTIANVS MVNSTERVS, *Ingelhemia Germanus, Cosmographus, & Hebrææ Linguæ in Acad. Basileensi Professor, ubi adeo profecit, ut Germanorum Esdras & Strabo appellatus sit, teste Thuano, hist. l. XI. p. m.* 535. Descriptione suæ Germaniæ, aliarumque regionum, quæ ad Imperium usque Constantinopolitanum protenduntur, excerptâ ex historicis & Cosmographis, pro *Nicolai de Cusa*: insignis illius Mathematici, Tabula intelligend â Itemque ejusdem tabulæ Canone, *Conrado Peutingero JCto Augustano, Historico atq; Cosmographo doctissimo, dicato*: quam itidem invenies *ap. Schard. d. l. 1. p.* 238.

Nec minus his accenseri potest,

40. HUGWALDVS MUTIUS: in Villario Stocken, proxime Episcopicellam, urbem Turgoviæ Helvetiorum, ut *Goldastus* l. 1. Bohem. p. 14. scribit, natus, qui *Chronicis suis Germanicis* libb. XXXI. comprehensis, nonnulla etiam de Germaniæ finibus, Germanorumque ritibus, moribus, legibusq; præmisit. *Editum est hoc opus, Basileæ, ap. Henr. Petri.* 1539. *fol.*

E recentioribus, Germaniæ nostræ illustrandæ operam impendit

41. PETRVS BERTIVS: Geographus Regis Galliæ Ludovici XIII. celeberrimus

rimus, qui libris tribus, quorum primo : uti olim & ante Caroli M. tempora, secundo : quomodo se post illa Germania habuerit, tertio vero Urbes, & quæ alia notatu digna, descripsit: Editi Amstel. 1634. 12.

Maximè etiam de eâ meritus est, de quo supra mentionem fecimus

42. R. P. F. GABRIEL BUCELINVS, Ord. S. Bened. &c. in elaboratissimo Opere suo, quod *Germaniam Topo-Chrono-Stemmatographicam sacram & profanam* inscripsit, in quo exhibentur Lectori

Topographica Germaniæ notitia: quâ obiter breviterque ea mensuratur, in partes distingvitur & commendatur.

Germania chronologicè designata: cujus potiores eventus, resque tum prophanæ tum sacræ præ cæteris memorabiles, ad Compendium referuntur.

Germania sacra: in quâ Regni amplissimi & potentissimi, S. Principes, Archiepiscopi, Abbates, Præpositi &c. legitimâ successione sacris impositi cathedris, ex ordine describuntur, eorundemq; subinde merita quam compendiosissime designantur.

Germaniæ S. pars altera; in quâ Nobilium aliquot, ex innumeris pene, Monasteria diversorum Ordinum, Abbatiali pleraque dignitate insignia recensentur, simulque subinde Fundatorum Principum honori consulitur; qui dum tantâ profusione sumtuum, suum in Ordinum Conditores & Patronos amorem contestati sunt, sui simul nominis & religionis tanta condidere monimenta.

Germaniæ Genealogica Notitia: qua longè illustrissima vetustissimaque ejusdem inter Europæ populos Nobilitas asseritur, & comprobatur. Potentissimarum familiarũ Origines, & in hanc usque diem certâ generationum serie deductiones, à vetustissimis monumentis & comprabatissimæ fidei Auctoribus, distinctissime & compendiosissimè describuntur, sed & externarum aliquot & florentissimarum, origo germanica edocetur &c.

Prost. Augustæ Vindel. apud Joh. Prætorium : Impr. 1655. fol. Tomis III.

Sect. III.

De Tabulis Geographicis & Itinerarijs Germanicis.

Teutoniæ nostræ, tam Veteris seu Recentioris, situm, terminos, qualitates, Incolas aliaque, quinam ex Auctoribus, peculiari opere descripserint, (complures, enim, qui hujus vel illius regionis historiam elaborarint, in frontispicio hæc prolixè tractare, aut succinctè attingere soliti, nemini obscurum) capite superiori adduximus. Ordo nunc & rei dignitas exigit, ut eandem etiam oculis quasi perlustremus, & jucundissimâ peregrinatione perambulemus, quâ nullis itinerum molestijs, & periculorum insidiarumque formidine, aut sumtuum erogatione, intra privatos Musæi parietes, per Chartas geographicas & variorum Itinerar a frui nobis licebit. Et quidem quod priores attinet, non istud stat consilium, omnes Tabulas, quæ hanc vel illam Germaniæ provinciam exhibent, in hoc caput congerere, singulis enim terris aut territorijs, specialis, uti vocatur, Tabula, Deo volente, Parte IV. præmittenda erit; sed eas tantum, quæ Germaniam universam uno intuitu offerant, vel quæ particulares licet sint, uno tamen in corpore comprehensæ, allegabimus. Et veteris Germaniæ faciem quod concernit, eam proxime nobis laudatus *Cluverius* clare & perspicuè satis ab oculos ponit, dum *libro* 2. Germaniam Cisrhenanam, *tertio* vero Transrhenanam, uti *Julij Cæsaris, Trajani*, adusque *Marcellini* tempora fuit, Tabulis aliquot, cum *Vindeliciâ* & *Norico*, atque explicatione uberrimâ illustrat. Nec minus etiam egregiè promeriti sunt de Germaniâ nostrâ alij, qui Geographiam veterem exposuerunt: intra quos supra memoratus PETRUS BERTIUS Geographiâ suâ, Tomis II. distinctâ: editâ Amstel. 1618. quorum prior continet Geographiam *Ptolomæi &*

Tabb.

Tabulas eo pertinentes, item *Gerhardi Mercatoris* in Tabb. *Ptolomæi*, à se delineatas,
44. Observationes: posterior v. habet ITINERARIUM ANTONINI (*Philippo Cluverio* sæpisimè in Germaniâ antiqua laudatum, quodque variè prius editum *Josias Simlerus* cum *Æthici Cosmographiâ, & Rutilij Itinerario*, publici juris, *Basil.* fecit) Tabulasque Peutingerianas &c. de quibus paulo inferius.

Accuratam præterea antiqui Orbis Delineationem Anno 1653. *fol.maj.* edidit JO-
45. HANNES JANSONIUS: quæ plurimis Tabb. Geographicis constat, & præfixum
46. habet GEORGII HORNII Introductionem ad Geographiam Veterem, librum sanè lectu utilissimum, quique & formâ minori seorsim extat. Similem Notitiam Orbis antiqui idem *Jansonius*, Atlantis sui, Tomo. V. Edit. 1650. Hydrographiæ subjunxit.
47. His meritissimo accensendus etiam est ABRAHAMUS ORTELIUS, Regis Hispaniarum Geographus, qui in Geographiam Veterem Thesaurum adornavit, itemque Parergon Geographiæ veteris, scriptum ob varia specialia, lectu jucundum pariter & utile; non autem Tabulas illas Opere eo conjunctim tantum, sed & separatim invenire licet, ex quibus Germaniam antiquam 1587. ex conatibus Geographicis Or-
48. telij editam, SIMON PAULI, in Orbe terraqueo, Tabb. geographicis & hydographicis descripto: ed. Argent. 1670. 8. laudat.

Viri hujus industriosissimi, & studijs in rem literariam egregiè meriti mentio, memoriam mihi refricat Tabularum accuratissimarum, Geographiæ veteris pariter
49. ac recentioris, NICOLAI SANSONII *Abbavillæi*, Galliarum Regis Geographi, quas æri antehac incisas & gallicè editas, in latinum transtulit & typis excudit: ubi Germania antiqua, quæ Rheno, Danubio & Vistulâ continetur; per populos & oppidorum seu pagorum adjectionem, Tabulâ una; recentioris v. secundum Fluvios, Tabb. tribus concinnatam descriptionem, Lector inveniet.
50. Ad TABULAM jam revertimur PEUTINGERIANAM, cujus quantus usus in illustratione & dimensione locorum veterum sit, nemini qui *Cluverij*, aliorumve geographica opera, vel â primo limine salutavit, obscurum esse poterit. Hanc prosapiâ & doctrinâ Nobilissimus, *MarcusVelserus*, SeptemVir Augustanq, ex Bibliothecâ illustriPeutingerorum primus edidit: procurritque hæc tabula ab Occidentali Oceano per continentis totius longitudinem ad orientem usque, singula notans loca, & locorum distantias: hæc commodè in VIII. segmenta distribuitur, (1.) ab ostijs Rheni Bonnam usque (2.) Bonnâ usque ad Marcomannos (3.) A Marcomannis ad Sarmatas, (4.) à Sarmatis usque ad Hamaxobios. (5.) ab Hamaxobijs ad Roxolanos (6.) A Roxolanis ad Parnacos; (7.) A Parnacis ad Paralocas Scythas, (8.) ad finem usque Asiæ. Tabulam hanc exhibent, *P. Bertius, in Tomo suo posteriori Geographiæ Veteris*, uti dictum, itemque *Ortelius, in Parergo Geogr. veteris edito à Joh. Mureto*, & in *Orbis antiqui delineatione, Jansonius*, separatimque edita, folijs 4. quorum quodlibet segmenta duo complectitur.

Omnium vero conatus exhausit & superavit, præsertim in Geographiâ Veteri
51. Nobilissimus PHILIPPVS CLUVERIVS, (cujus Tabulas jam in frontispicio laudavimus) Geographorum nostræ tempestatis Princeps, uti Magno *Conringio, in sæpius laudatâ Præfatione p.* 59. audit, Opere suo post omnium curas elaboratissimo, quo Germaniam antiquam libb. tribus exactissimè descripsit, Tabulisque Geographicis & imaginibus, priscum Germanorum cultum moresque referentibus, eleganrissimè exornavit: cui & *Vindelicia* ac *Noricum* ejusdem; Auctoris accessere. De hoc opere, ita eruditissimus *Daniel Heinsius, Oratione in obitum Ipsius (Introductioni in universam Geographiam, Brunsw.* 1652. 4. *impressæ subjectâ) Nullo*, inquit, *vel pretio adductus, vel mercede, illam tot heroum genitricem, ac Romanæ æmulam virtutis, exornandam sibi sumsit: In quo scripto, erudito admodum & ponderoso, de Germaniæ limitibus & terminis, de habitu & cultu, de religione gentis, pietate, armis, jure, oppidis ac populis, adversus ipsam sæpe antiquitatem, ea vel excogitavit, vel ex disciplinæ suæ fundamentis maximo ingenio produxit, quæ ut eam, cui Spiritum ac lucem se debere existimabat, in possessionem veræ laudis ponunt, sic Auctori, quantum Eruditionis, tantum Pietatis astruxerunt.* Prodijt hoc opus *Lugd. Batav. ex officinâ Elzevirianâ, An.* 1631. *in fol.*

Quoniam vero laudatissimum hocOpus, vel propter molem, vel pretij magnitudinem, non ita facile, uti debuisset, tractari, & harum rerum studiosorum manibus teri

C

posset,

52. possit, JOHANNES BUNO, Vir plurimis & utilissimis in rem literariam studijs clarissimus, hoc, aliaque ejusdem Auctoris, opus in compendium, additis ijsdem æri incisis figuris, redegit, quod excusum est, *Gvelpherbyti*. Anno 1663. 4.

Antequam à Veteri descriptione penitus recedamus, unius adhuc Libri adjicienda est mentio, NOTITIÆ DIGNITATUM, *tum Orientis, tum Occidentis, ultra Ar-*
53. *cadij Honorij, tempora:* Olim Breviarium seu Rationarium Imperij appellabatur, in quo civiles Magistratus & militares, legiones, auxilia, cohortes, vexillationesque singulæ, cum suis symbolis & insignibus, officijsque posita, comprehendebantur: pecuniæ item publicæ ac privatæ Principis exactores, ac cæteræ dignitates quæque, cum scrinijs ac Codicibus annotabantur, in quibus argentum, vestis, supellex ac reliqua Principis, eo ordine & diligentiâ descripta conservabantur, ut nihil inde deperire posset; Illa Notitia, cum brevitatis suæ & antiquitatis causâ multâ caligine laboraret, ob materiæ tamen celsitudinem & Imperij vastitatem ingens apud cunctos desiderium excitaret, auctoritate Caroli Emanuelis, Sabaudiæ Ducis à GVIDONE PANCIROLLO
54. JCto, longè doctissimo Commentario illustrata est. Hujus in parte posteriori; cap. 75. Comment. de Comite Argentoratensi, Duce Rhætiæ. c. 84. Duce Belgicæ secundæ c. 87. Duce Germaniæ primæ, c. 88. Duce Mogontiacensi c. 90. &c. nonnulla notatu digna, & ad intelligendam melius illorum temporum historiam conducentia, inveniuntur: *Edita est Genevæ 1623. & antea Venetiis 1600. fol.* cui accessere ejusdem *Pancirolli de Magistratibus municipalibus & corporibus artificum*, Itemque *de quatuordecim Urbis Romæ & Constantinopoleos regionibus* libelli doctissimi.

Ad recentiorem Germaniæ nostræ faciem præsentandam conducet Caroli M. natione, Germani & Germanorum Imperatoris I. Imperij, & vicinarum regionum, quarum non minimam partem, Germania sibi vindicat, Descriptio, auctore *P. Bertio*, sæpius supra laudato, Geographo Regio, *tribus folijs* constans edita.

Ad modernam autem pernoscendam, inservient prius illæ, quibus

55. *Ortelius* usus est Tabulæ, quasque in frontispicio *Theatri sui orbis terrarum Antw.* 1570. *fol maj. excusi*, laudat, utpote

56. Caroli Heydani *Germaniæ typus. Antw. ap. Hieron. Koch.*

57. Christophori Piramij *Tabula Germaniæ, Bruxellis Brab. excusa.*

58. Sebastiani Munsteri *Germaniæ Typus, ed. Basileæ*, quem *Tilemannus Stella* emendavit *Witteb. ap. Petr. Zeitz.* 1567.

Item quæ doctorum manibus passim teruntur recentiores, titulis his insignitæ:

59. Nova Germaniæ Descriptio, *Amstel. apud Johann Janson.*

60. Germaniæ totius Delineatio, *apud Nicol Vischer.*

61. Tabula Germaniæ emendata recens, *per Joh. Nicol. Piscatorem*

62. Germaniæ nova Tab. a *Gerh. Mercatore delineata & edita a Nicol. Joh. Piscatore.*

63. Germaniæ nova & accurata descriptio, apud *Frider. de Witt.*

64. Tab. Germaniæ emendata recens per *Hugonem Allard.*

65. Hic memoranda etiam erit Tabula illa Germaniæ nitidissima quidem, summoque studio, quod & ad ignobiles pene vicos se extendit, concinnata, quæ Parisijs, labente hoc anno 1674. Delphinoque dedicata prodijt, 4. fol. constans: cujus scopum B. L. ex anonymi Auctoris **Der Anmerckung über den unzeitigen Friedens-Currierer/** &c. verbis novissimis videre & examinare poterit.

A Chartis Geographicis, uti promisi, ad opera integra & magnifica jam progredior, quæ plurimis Tabulis Germaniam ejusque provincias complectuntur, mire subinde exornata & aucta. Quamvis enim non patriæ nostræ solummodo, sed totius Orbis, quatenus nobis cognitus est, Descriptionem contineant, cum tamen non minima pars illius ea sit, neque separatim ejus delineatio ita facile comparari queat, præterea etiam propter laboris præstantiam, operumque molem & raritatem, quô sæpius laudentur mereant, huic etiam capiti aggregare nullus dubitavi. Et quidem primo mihi nominandi veniunt Viri industriosissimi, GERHARDVS MERCATOR &
66. JODOCVS HONDIVS, qui sub finem præcedentis seculi Atlantis majoris molem primi

primi meditati fuerunt, Volumine uno edito, Tabulis Geographicis & adjectis Descriptionibus, egregiè, pro temporis istius ratione, instructo: quod Amsterod. 1607. absolutum prodijt. Secutus illorum vestigia

67. JANSONIVS, Atlantis V. Tomis comprehensi Auctor, eo potissimum nomine laudandus, quod Hydrographiam peculiari volumine ediderit.

68. Maximam vero laudem hic invenient JOHANNES & WILHELMVS BLEAU: Atlante suo sive Beschreibung der gantzen Welt. &c. Opere non minus accurata Regionum descriptione, quam sculpturâ nitidissimâ, coloribusque elegantissimis exornatâ & distinctâ, præcipuè commendabili: Constat To. VIII. quorum ultimus finitâ Geographicâ cœlestem Atlantem continet. Beavit hoc nos thesauro Amsterod. Anno 1648. fol. maj.

Quamvis autem plurimi alij sint, qui Geographiam veterem & novam vel conjunctim vel separatim tractaverint, Germaniamque in his attigerint; attamen ijs ulterius recensendis hic supersedebo, cum illorum enumeratio ad Catalogum Geographiæ universalis Auctorū, magis quam institutū nostrum pertinere videatur. Ex quib9

69. nonnullos rerum harum avido Lectori anonymus Auctor, *Historiæ Orbis terrarum Geographicæ & civilis, de varijs negotijs nostri potissimum & superioris seculi, alijsve rebus selectioribus &c. Francof. ad Oderam 1673. 4. excusæ* suppeditabit.

His quodammodo affines sunt, eoque nomine hoc in capite memorandi veniunt Auctores illi, qui sine Tabulis quidem Geographicis, Regnorum &c. & Rerumpubl. limites, qualitates, incolas, & gubernationis formam politicè & historicè describunt, ex quibus paucos etiam, quia Germanicæ res ex illis etiam addisci possunt, commemorabimus, exactiorem illorum recensionem Politicis relinquentes. Ex Ita-

70. lis huc accersamus Franciscum Sansovinum, qui libro, del governo di diversi Regni & Republiche, seu de gubernatione Regnorum, una cum alijs ejus operibus

71. *Venetijs* 1672. & 1583. italicè excuso; itemque JOHANNEM BOTERVM, qui opere suo, in Germanicam etiam lingvam, Tit: Allgemeiner Welt-Beschreibung: &c. transfuso, & Colon. A. 1596. 4. *edito*, locum hoc in numero inveniunt: Ex Gallis: *Les Estats, Empire, Royaumes & Principautez du Monde, representez par l' ordre & veritable description des Pays, Mœurs des peuples, Forces, Richesses, Gouvernemens, Religions, Princes, Magistrats & Souverains &c. exactement reveu, corrigé & augmenté en cette derniere Edition &c. par le sieur D. T. V. Y.* Gentilhomme ordinaire de la chambre du Roy. à Geneve, par Jean Antonie & Samuel de Tournes. 1665. fol.

72. Librum hunc, sed prioris Editionis, latinè versum edidit JOH. LUDOVICUS GOTHOFREDI, Titulo: Archontologiæ Cosmicæ, *seu Imperiorum, Regnorum, Principatuum, Rerumq; publicarum omnium, per totum terrarum orbem, Commentarij luculentissimi, ad Reverendiss. & Illustriss. Pr. &c. D. D. Georg. Fridericum Archiepiscop. Mog. S. R. I. Elect. Francof. ad Mœnum. sumt. Lucæ Jennisij. 1628. fol.*

73. Recentior vero, & ad Germaniæ nostræ statum melius inservit, præsertim in partibus secundâ & tertiâ, quibus complures Germanorum Principum aulæ & ditiones describuntur, Liber ille, cui titulus: *L' Europe vivante, ou Relation nouvelle historique & Politique, de tous ses Estats, selon la face, qu' ils ont sur le fin de l'annee 1666. representez en divers tableaux, qui en decouvrent l' étendue, la qualité, le Commerce, les forces, les revolutions, la Religion, les gouvernemens, les pretentions, & les Interests, suivis des pourtraits, & des Alliances, des Roys & des Princes: ou il est traitté: de l' Estat de leurs Cours; du Genie de leurs Peuples, des Universitez & Biblioteques celebres, des Academies d' eloquence, de Personnes illustres, en chaque professsion, par le Sr Chappuzeau, cydevant Precepteur de S. A. S. le Prince d' Orange, à Geneve chez Jean Herman Widerhold: 1667.* 4.

74. Celebre etiam in hoc studio nomen adeptus est LUCAS DE LINDA *Borussus*, libro, quo *Descriptionem Orbis & omnium Rerumpublicarum* complexus est: qui reliquis omnibus, qui ante se scripserant facile præferendus est, tum quod ex optimis Scriptoribus sua congessit, & ad nostri temporis statum accommodavit, tum & propter ordinem ab eo observatum: si pauca, in quibus doctissimorum Virorum sententiâ, judicium & amplioris doctrinæ instructum desideres, excipiantur; Ed. *Lugd. Batav.* 1655. & ante paucos annos *Jenæ* denuo impressus 8.

Ut vero & in nobilissimo hoc studio, præcipue, quod recentiora concernit, in Germanicâ nostra lingvâ Liber legi posit, præstitum est illo volumine, cui Titulus:

75. Orbis lumen & Altantis juga tecta retecta: Oder außführliche Beschreibung d. gantzen Welt/aller dariñenthaltenen Käyserthumer/Königreiche/Fürstenthumer/Provincien/Länder und Republicken/etc. Deren Inwohner/Sitten/Religion/Vermögen/Macht und Reichthumb/etc. Ingleichen der Päbste/Käyser/Könige/und Fürsten Succession und Ordnung etc. und endlich des Röm. Reichs freyer Ritterschafft und des löbl. Hansebundes, etc. aus unverwürfflichen Gründen und Zeugnissen verschiedener glaubhaffter Authorum mit Fleiß in deutscher Sprach zusammen getragen: Ed. Francof, 1658. fol.

76. Ad Germaniæ nostræ Itineraria priusquam progredior, memoranda erit *Hermanni Kirchneri* Oratio; quâ *Germaniæ perlustrationem omnibus alijs peregrinationibus præferendam esse contendit.* (quam utinam omnes, quibus res patriæ præ exteris fastidio non sunt, observarent, melius sæpe facultatibus suis, corpori, animoque, quibus ubique in regionibus exteris perniciosissimæ struuntur insidiæ, consulerent) Offert

77. se nobis hic, JOHANNIS JACOBI GRASSERI. *Basileensis Itinerarium historico-politicum*, quod ex inclyta ad Mœnum Francofordiâ, per celebriores Helvetiæ & Regni Arelatensis urbes, in universam extenditur Italiam, varijs ad prudentiam politicam & verum peregrinationis usum hypomnematibus exornatum: Basil, imp. Lud. König. 1624. 8. Itemque

78. PAULI HENTZNERI. JCti. *Itinerarium Germaniæ, Galliæ, Angliæ, Italiæ,* cum monitis peregrinatoriis duorum doctissimorum virorum, excus. *Norimb.* 1629. 8. ap. Abr. Wagenmannum: Neque hic omittendum erit, quamvis perexigurum

79. SALOMONIS KUSELII. *Itinerarium, Germaniæ, Italiæ, Candiæ, Siciliæ, vicinarumq; Insularum, metricé conscriptum, quod prodijt Erfurti. ap. Job. Birkn.* 8.

80. Nec non CASPARIS ENS, *Delitiæ Apodemicæ per Germaniam* Colon. 1609. 8. impressæ, qui & Thesauri sui politici, Apotelesmati 6. Germaniæ, imprimis

81. Austriæ, Bohemiæ & descriptionem inseruit &c. p. 140. ed. *Colon.* 1609. 8.

Neque abs re huc collocabitur, ut qui Hermeæ loco sit:

82. ULYSSES GERMANICUS: vel *totius Germaniæ, Regionum, Civitatum, Fluviorum, Montium, Sylvarum, suis genuinis nominibus expressis, & quicquid in ijs spectatu & memoratu dignum occurrit; brevis & accurata Descriptio.* Colon. ap. Andr. Bingium. 18.

83. Nec minus huc conducet *Universæ Germaniæ Breviarium* DAVIDIS VECHNERI. editione tertiâ extensum, curâ & studio M. *Abrahami Vechneri,* in quo non Urbium tantum & fluviorum nomina, sed quæ ad utilitatem pariter & delectationem faciunt, subinde inspersa invenientur *Prodijt Gorlicij* 1673. 12. ap. *Frid. Curtium.*

Nullus etiam dubito, quin & hic locum inveniat,

84. FRANCISCI IRENICI Ettelingiacensis, *Exegesis Germaniæ* quam voluminibus 12. auctore *Josiâ Simlero, in Biblioth. Gesneriana recognita lit.* F. p. 239. (ipsum enim opus, mihi, adhuc videre non contigit) complexus est, quæ cum Oratione protrepticâ in amorem Germaniæ excusa est. Haganoæ 1518. Nec minus etiam Cypriani Eichovij, Deliciæ germanicæ. 1604. 4. Itemque Matthiæ Gvadi Amsterd. 1604. excusæ.

Omnium v. instar erit, cujus & supra mentionem fecimus

85. MARTINI ZEILERI. Itinerarium Germaniæ d. i. Reisebuch durch Hoch- und Nider-Teutschland/auch angräntzende und benachbarte Königreiche/ Fürstenthüme und Länder/als Ungarn/Polen/ Dennemarck/ Schweden/so vor alters zu Deutschland gerechnet worden sind; Darinnen neben vielen unterschiedlichen Reisen und Verzeichniß der Meilen/ die Vergleichung des alten und jetzigen Deutschlands / auch eine kurtze doch eigentliche Benenn- und Beschreibung desselben vornemsten Länder/Städten/Bißthumb/ Clöster/Vestungen/Marckfleck und Dörffer: Ingleichen / der Berge/Wälder/ Haubt- und andere Flüsse/ heilsamen warmen und wilden Bädern/Saurbrünnen / Lustgarten / Gold-Silber-Eisen und Kupferreichen Berg- und Müntzwercken / Mineralien etc. Wie nicht weniger der bestellten Regimenter hohen Schulen / Bibliothecken, ansehnlicher Kunstreicher Gebäuden/Kunstkammern/ Antiquitäten/ Korn- und Zeughäuser / Wasser-

Wercken/

Werken/monumenten und Epitaph'en, zusambt / der Käyser/König-Chur-und Fürsten/ auch vieler Gräff-und Freyherrl. und Adelicher Geschlechter Häuser / aller höchst-hoch-und wohldenckwürdiger Ankunfft und Genealogien, auch der Länder voriger/ und jetziger Einwohner Gebrauch-und Kriegesthaten. Gedr. zu Straßburg und Franckfurt in Verlegung Simon Pauli. 1674. fol.

87. Quantum a. Vir iste cognoscendis & illustrandis illis, quæ ad Germaniæ nostræ Geographiam, atque Historiam spectant, operæ & labor s impenderit, tot Volumina, *Topographiarum*, hujus vel illius Regionis, ab ipso evulgata, docere abunde poterunt, quarum etiam hic Catalogum recensere facilime potuissem, nisi in quartâ parte, quæ de Regionibus Germaniæ, Urbibus &c. speciatim D. V. aget, commodiorem locum inventuras esse putarem: Sectionem tamen hanc claudet, omnium illarum Index: Oder Haubtregister / über Martini Zeileri sämbtl. Topographien, benebenst einem Indice, der in Kupffer gestochenen Städten / Schlösser / Vestungen/etc. Wie auch über die Landkarten. Franckfurt am Mäyn bey Matth. Merians seel. Erben 1672. fol.

SECTIO IV.

De Germaniæ Montibus, Fodinis metallicis, Sylvis, Hortis, Plantis, Fluminibus, Thermis & Acidulis.

NOn minus jucunditate suâ quam utilitate commendat sese varietas illa, quâ Deus Ter Opt. Max. Architectus omnium sapientissimus, Terrarum hunc Orbem exornavit. Eadem enim si ubique Mundi facies compareret, quam facile tædiosa illa nobis atque minus commoda videri posset? Verum quid contra amœnius, quam hic eum in montes assurgentem, modo in valles subsidentem spectare? quomodo item abluatur hic maribus, illic fluminibus irrigetur, lacubusque & fontibus svavissimè distinguatur? quomodo item per continuos montes sternantur sylvæ, ibi colles vinetis aut arbustis vestiantur, hic per porrectam longè planitiem rideant prata, alibi colonorum labore exercita tellus lætâ segete luxuriet. Nihil horum â benignissimo Conditore Germaniæ nostræ negatum est, quæ licet olim *Tacito* teste, *lib. de Germ. mor.* C. 1. describatur, *informis terris, aspera cælo, tristis cultu, aspectuq.*: & Cap. 5. *Sylvis horrida in universum, ac paludibus fœda*; attamen jam per seculorum longinquitatem, hominumque industriam, sylvarum excisionibus, paludumque exsiccationibus, studioque etiam ædificandi, tantum de aspectus tristitiâ remisit, ut provinciæ illius nonnullæ, cæteris Regionibus, quæ nimium de felicitate soli sui gloriantur, parum jam cedat. De Montibus itaque & fluminibus &c. qui scripserunt Auctores, quot quot ad nostram pervenêre notitiam, capiti huic includemus. Initium erunt.

ALPES.

HÆ, quæ â perpetuis nivibus, quibus albent, nomen suum, ut plerisque placet, trahentes, continuisque jugis Galliam trans alpinam â Cis alpinâ dividentes, promotis porrò finibus termini etiam sunt Germaniæ & Italiæ, quibus invicem separantur: Varias hinc inde pro locorum diversitate appellationes sortitæ, ut modo Peninæ, audiant, modo Cottiæ, Grajæ, Juliæ, &c. Historiæ & Geographiæ studioso, non minimam creare poterunt difficultatem, nisi cognitionem earum sibi comparaverit, quam suppeditabunt:

87. JOSIAS SIMLERUS, *Tigurinus*, Vir judicij incomparabilis, uti â *Sprechero in descriptione Rhætiæ* commendatur, scriptisque suis tam Theologicis, quam politicis & geographicis notissimus & cui quam plurimum sane debet Patria Helvetia. Præter ea enim, quæ de Helvetiorum Republicâ libris duobus commentatus est, descriptionem etiam Wallesiæ & Alpium, Itinerumque Alpinorum, mirâ solertiâ concinnatam reliquit, quæ novissimè prodijt Leydæ 1633. 16.

88. ÆGIDIUS itidem TSCHEUDUS, *Glaronensis*, Vir clarissimus, (de quo etiam *Thuanus lib.* LIV. p. m. 1154. videri potest) in Tractatu illo luculentissimo & pererudito, quem *de priscâ ac vera Alpinâ Rhætiâ*, cum cætero Alpinarum gentium tractu, ex optimis quibusque Auctoribus digessit: præsertim cap. 28. & seqq. Editus est separatim, & cum alijs German. Rerum Scriptoribus, à *Simone Schardio*: Tomo I. à p. 269.—307.

89. Brevius quidem, verum non inutiliter de iisdem scripserunt etiam, DANIEL HERMITA, *Belga*, in libello, quo de *Helvetiorum*, *Rhætorum*, *Sedunensium Situ*; *Republ. Moribus* egit. pag. 487. inter Auctores, qui de *Republ. Helvetiorum* scripserunt, *ex officinâ Elzevirianâ*, Lugd. Batav. 1627. 16. edito. itemque

MARTINVS ZEILERVS jam sæpius nobis memoratus, in frontispicio *Itinerarij sui Italiæ*, quod *Francof.* prodijt *1640 apud Merian.* Et PHILIPPUS CLUVERIUS, qui *Germaniæ suæ antiquæ*, libro. 1. c. 1. p. 9. libro. 3. c. 48. p. 710. & *Vindeliciæ* c. 2. p. 721. 722. & c. 5. p. 744. de hisce Montibus nonnulla notatu digna inseruit; &c.

PINIFER MONS.

Hic in Voitlandiæ finibus, vulgò Der Fichtelberg / à Pinu arbore ibi frequentissimâ, nomen suum trahens, pluribus hinc inde jugis procurrit: versus Ortum enim Bohemiam contingit, versus occasum Franconiam, versus Meridiem Palatinatum & Bavariam, ad septentrionem v. Thuringiam & Voitlandiam respicit. Quatuor hic mons Germaniæ celeberrimos fluvios parturit, qui in varias plagas funduntur, *Mœnum*, nimirum, *Egram*, *Nabam*, & *Salam*; quod innuit vocabulum MENS. Peculiari hunc montem libro descripsit

90. CASPAR BRVSCHIVS: *Egranus*, P. L. *Cæs.* sæpiusque nobis inferius nominandus, qvi novissimè prodiit *Witteberga*, 1640. 4. Descripsisse etiam hunc montem
91. ENOCHIVM WIDEMANNVM *in chronicis suis*, teste *Georgio Lysio*, *de Peregrinatione obs.* 176. p. 61. & seq. refert *Zeilerus*, *in historicis & chronologis part.* 2. p. 25.
92. De eo ita cecinit JOHANNES STIGELIVS.

Monte jacent alto crebrâ juga pinea tadâ
Unde vetus cognomen habet, quâ flexus ab Austro
Hercyniæ campus sylvæ, curvatur in ortum:
Quatuor inde abeunt diverso flumine cursu,
In partes totidem cœli, te Mœne cadentem,
Ad solem excipiunt opulenti mœnia Rheni,
Fassa tuum nomen: fortes tu Sala Nariscos
Abluis & dites vinosâ valle Turingos,
Ad Boream permensus iter; sed linea Nabum
Danubio jungit, quæ mollem respicit Austrum.
Aspicit auroram exoriens atq; ima Bohemi
Egra petit montana, atq; Egram perluit urbem
Planitiem summa mons parte ostentat apricam,

Aliorum etiam Poëtarum elogia, & montis hujus descriptionem non contemnendam invenies apud PETRVM ALBINVM. tit. X. Der Meysnischen Berg-Chronicka. impr. *Dresdæ*, 1590. fol.

MELIBOCUS MONS.
Blocksberg.

De hoc monte ita *Cl. Ptolomæus in Descriptione Germaniæ*: τὸ Μηλίβοκον ὄρος, ὑφ' ὅ ἐστιν ἡ Σημανὰ ὕλη: *Melibocus mons, sub quo Semana est sylva*; situmque ejus ita delineat, ut juxta lineam æquinoctialem ex Occidente in Orientem, inter fontem Amisiæ & Albis medium procurrat: ex quo Viri docti haud male observarunt, esse item hoc Montis jugum, quod vulgò vocatur, Der Hartz Vertex ejus altissimus, inter oppida Osterwick & Wernigerode / vulgari vocabulo accolis dicitur Der Blocksberch; qui an antiqvum illud nomen servet, ut ita vitiosè scripserit Ptolomæus (ut

(ut pleraque alia in Germaniâ) *Melibocus*, quasi *Melbocus* pro *Meblocus* aliorum judicio relinquam: quamvis enim nonnulli ex pronunciatione diversâ, qua Brockersberg / appellatur, longius ad *Bructeros* usque removeant, neutiquam tamen eos moramur, cum liquida facile in liquidam aliam transeat. Scripsit de hoc monte librum pe-
93. culiarem M. JOHANNES PRÆTORIUS, hoc Tit. Geographischer Bericht von Blocksberge / nebenst einem *Appendice* von Blocksberge: Wie auch des alten Reinsteins / und der Baumanshöhle am Hartz: Leipz. 1670. 8. bey Joh. Schub.

Quæ circa hunc montem *Herbæ* proveniant, inferius, ubi de *Plantis Germaniæ*, agendum erit, indicabimus:

Quod vero alios, quæ ad Germaniam recenseantur Montes spectat, cum ab Auctoribus, quod sciam, singularibus libris nondum sint descripti, de *Vosego*, videas *Cluverium lib. 2. G. A. c. 39. p.* 503. de *Abnobâ* monte, *Rhaticone*, vulgo Der Hayrich / ex adverso Mogontiaci, *Tauno*, è regione Bonnæ, vulgò das Siebengebürge; *Sudetis montibus*, das Böhmische Gebürge / *Montibus Sarmaticis, Carpate, Peuce, &c.* eundem lib. 3. c. 48. aliosque inferius D. V. recensendos.

De Fodinis Germaniæ Metallicis.

HIs olim Germaniam nostram caruisse, satis ex *Taciti* verbis, *C. 5. de Moribus Germ.* liquet: *Aurum inquit & argentum, propitij an irati Dÿ negaverint, dubito.* Quæ cum clara admodum sint, mirari sane licet, quid sagacissimo *Cluverio* imposuerit, cum verba ejusdem *Taciti Annal. L. XI. c. 20. Nec multo post Curtius Rufus, honorem eundem adipiscitur, qui in agro Mattiaco recluserat specus, quærendis venis argenti.* Germaniæ suæ antiquæ *l. 3. c. 7. p.* 530 *& seqq.* tam anxié de Mattiacis in Germaniâ exponenda esse laboret, & ipsum Tacitum negligentiæ, hac in re, postulare non dubitet.
94. Quocirca non immerito accedimus, JUSTO LIPSIO *Saturnal. l. 2. c. 1. p. 78.* & JOH. ISAACIO PONTANO *Disceptationum chorographicarum cap. 1. p. 3. & seqq.* qui non Mattiacum in Germaniâ, sed in Africâ Maziacum agrum intelligunt, & Curtium Rufum ibidem, non in Germaniâ cum Magistratu fuisse, clarê evincunt. Neq; vero divitias hasce omnino Patriæ nostræ derogat sæpius laudatus Tacitus, cum mox loc. cit. pergat. *Nec tamen affirmaverim nullam Germaniæ venam argentum aurumve gignere, quis enim scrutatus est?* Bene: cum longissimo tempore post splendidos hosce Thesauros, diuturnæ custodiæ impatiens tellus, ultro quasi obtulit. *Temporibus suis,* (Othonis scil.) inqvit. DITMARVS MERSEBVRGENSIS, *lib. 2. Chron. p. 24. aureum illuxit seculum, apud nos inventâ primum venâ argenti.* Nec defuerunt etiam grata ingenia, qui hoc singulare Dei beneficium scriptis suis deprædicarunt, inter quos merito primum locum tenet.

95. GEORGIVS AGRICOLA, ob insignem in Re præsertim Metallicâ scientiam *Germanorum Plinius* appellatus, de quo PETRVS ALBINVS Tit. I. Der Meißnischen Berg Chronicka p. 4. ita: Georgius Agricola von Glaucha an der Mulda bürtig / der Artzney Doctor / ist eine zeitlang verordneter Physicus erstlich im Joachimsthal / hernach zu Chemnitz / und daselbst auch etliche Jahr Bürgemeister gewesen. Sonsten bestellter Historicus des Hochlöbl. Hauses zu Sachsen und Meissen / ein trefflicher wohlgelehrter und in Lateinischer und Grieischer Sprache erfahrner / sonsten auch bewanderter und weiser Mann / welcher weil er nicht ferne von den Bergstädten gebohren und erzogen / hernach auch mit Diensten auff denselben sich eingelassen / ihme also Ursach genommen / und als ein Hercules sich dieser grossen und schweren Arbeit am ersten unterstanden / daß er in Latein etliche für trefliche Bücher davon geschrieben / so auch von allen Welschen und Außländern hochgeachtet worden. &c. Plura loco cit. Itemque in Ejusdem Meißnischer Land-Chronicka / titulo ult. ubi, ut & in *Bibliothecâ Gesnerianâ per Joh. Jacobum Frisium aucta p. 264.* omnium ejus Operum Catalogum B. L. inveniet, Ejus de *Re metallicâ* Opus nobilissimum è latinâ in germanicam lingvam transtulit PHI-
96. LIPPVS BECHIVS, *Phil. & Med. D. Prof. Basileensis, quod prodÿt Francof. ad Mœn.* 1580. fol. cum fig.

97. Huic succedet merito JOHANNES MATTHESIVS, *Rochlicensis Misnicus*, qui in Valle Joachimicâ Verbi Dei Ministrum egit, multisque pietatem & vitæ integritatem inculcantibus libris inclaruit: Ex his etiam est liber illius elegantissi-

 mus,

mus, quem *Sareptam* appellat, in quo omnia scripturæ loca, in quibus aliqua metallicæ rei mentio fit, stylo verbisque, fossoribus metallicis familiaribus, exposuit; ubi nonnulla etiam historica adspersit; additum quoque est Ejusdem *Chroniton Vallis Joachimicæ.* *Impr. Norinbergæ 1571. fol. germ.*

98. GEORGIVS FABRICIVS quoque, *Chemnicensis Misnicus*, Serenissimorum Electorum & Ducum Saxoniæ, ab excessu supradicti Agricolæ Historicus, Gymnasijque Milenensis Rector quondam meritissimus, inter plures, quos ingenio suscepit labores, in Rem quoque metallicam inquisivit, cumque *Agricolæ* indagata communicavit, plura etiam ab *Agricolâ* omissa congessit, quæ ipso defuncto ex Schedis ejus edidit *Gesnerus.*

99. Hic ipse etiam CONRADVS GESNERVS publici juris fecit JOHANNIS KENTMANNI. *Dresdensis, Medici Torgensis, Arcam fossilium, & Nomenclaturam earum, quæ in Misniâ præcipuè & alijs quoq; regionibus inveniuntur. Prodiere hi*
100. *libelli, unâ cum ejusdem* CONRADI GESNERI libro, *de rerum fossilium, lapidum & gemmarum maximè, figuris & similitudinibus, non solum Medicis, sed omnibus rerum Naturæ, & Philologiæ studiosis utili & jucundo. Tiguri apud Jacobum Gesnerum Anno. 1565. 8.*

101. His etiam accenseri meretur VALERIVS CORDVS *Sylva suâ rerum fossilium in Germaniâ, metallorum & lapidum &c.* quæ cum alijs ejusdem Auctoris Operibus maximo studio collectis, edita est itidem â *Conrado Gesnero. Argentor. 1561. fol.* Cum vero prædicti Auctores de Historiâ harum per Germaniam fodinarum non adeò soliciti fuerint, sed in naturam metallorum potissimum inquisiverint, & quasi obiter interdum locorum temporumque, ubi & quando inventæ fuerint, mentionem injiciant, idcirco pleniorem, quod has concernit, Historiam suppeditabit, quem aliquoties laudavimus.

102. PETRVS ALBINVS, M. Churfürstl. Sächs. Registrator und Secretarius, in opere suo, quod inscripsit, Meißnische Berg-Chronicka: darinnen fürnemlich von den Berckwercken des Landes zu Meissen gehandelt wird / wie dieselben nacheinander auffkommen: Mit welcher Ursach und Gelegenheit auch anderer benachbarten und zum theil abgelegenen Berckwercken fast in gantz Europa etwas gedacht wird / damit man sehe / wie die Berckwercke nacheinander belegt worden: Und endlich von allen Metallen und Metallarien d. i. den Erdgewächsen / so man zu den Metallen zu rechnen pfleget / welche im Lande zu Meißen gefunden werden: Edit. Dresdæ 1610. fol.

De Sylvis.

GErmaniæ nostræ facies, quamvis olim, *Tacito* teste, *Sylvis undiq; horrida* fuerit, neminem tamen, quod sciam, qui illarum opacitatem, aut longissimos dubiosque tractus, peculiari scripto illustrare aut extricare laboraverit, hactenus invenit: cum plerique Auctores in iis, quos de Regionibus varils scripserunt libris, inferius D. V. recensendis acquieverint, si locorum situ admoniti, non nihil de saltubus & sylvis retulerunt. Ne ergo vacuus hicce omnino Titulus transmittatur, ea quæ diligentissimus harum quoque rerum indagator Philippus Cluverius notavit, recensere placet: De Sylvâ igitur Arduennâ videri poterit Germ. Ant. l. 2. c. 38. p. 499. & seqq. De Vosegâ seu Vosaga sylva cap. seq. p. 503. De saltu Hercynio: itid. lib. 3. c. 47. p. 702 & seqq. &c.

De Hortis.

NE vero excolendæ Germaniæ deesse quid videretur, Hortorum quoque deliciæ additæ sunt, tantâ industriâ, ut soli asperitate expugnatâ, victâque pene cœli ipsius intemperie, plantæ tenerrimæ, aëreque non nisi mitissimo gaudentes, apud nos, qui septentrionali fere expositi sumus frigori, læte satis provenire cernantur: Fatebitur hoc mecum, qui flores elegantissimos, per areolas, artificis cultoris manu distinctas, ceu totidem stellas superbire videt, quos haud multo ante India sola admirata fuit: Quid referam amænissima ambulacra & porticus, fragrantissimis rosis alijsque fruticibus tectas, ut, solis etiam meridiani radios arcere queant: Qvid cryptas me-

morem

morem variis pulcerrimisq; statuis & imaginibus exornatas, mahinasq; quibus per occultos ambiguosque sifones, aqua undique emitti potest; ut alia reticeam, quæ facile persvadeant, Poëtis olim decantatissimos Alcinoi, Hesperidumque hortos longo abhis intervallo, relinqui. Fidem addent Libri, qui Hortorum ejusmodi delicias æri incisas nobis ostendunt, è quibus HORTUS PALATINUS à Friderico, Rege Bo-
103. hemiæ, Electore Palatino Heidelbergæ extructus, *Salomone de Caus, Architecto*, exc. *Francof. ad Mœn. ap. Joh. Theod. de Bry*. 1620. fol.

104. Succedet huic Descriptio Horti Hessæi, hoc Tit. Beschreibung des gantzen Fürstl. Braunschweigischen Gartens zu Hessem/mit seinen künstlichen Abtheilungen / Qvartiren/ Gehecken/Gebäuden/Lauberhütten/Wasserkünsten/Brunen/und außgehauenen Bildern: auch ordentliche richtige Specification aller derer Simplicium und Gewächse/so von Anno 1607. biß in den 1647. Jahr/darinnen mit grosser Lust und Verwunderung gezeuget worden. verfasset durch Johann Royern/Fürstl. Braunschw. bestellten Gärtnern zu Hessem: Impr. Halberstadt 1648. 4. &c.

De Plantis.

NOn vero peregrinas saltem plantas novercali sinu Patria nostra complectitur, sed & flores elegantissimos, herbasque saluberrimas ut benignissima mater suâ sponte producit, quibus non sylvæ saltem & prata, sed & ipsa viridaria, hortique condecorantur. Harum ergo, quæ circa Brunsvigam tria fere milliaria nascuntur, *Planta-*
105. *rum Indicem* concinnavit JOHANNES CHEMNITIUS D. *Brunsvigas*, cum appendice Iconum. *Impr. Brunsvigæ* 1652. 4. Earum vero quæ circa Dantiscum repe-
106. riuntur, *Elenchum* conscripsit NICOLAVS ÖLHAFIVS: *ed. Dantisci* 1643. 4. Quæ circa illud, quod superius nominavimus jugum, vulgo Blocksberg/ & loca vicina, utpote Fallstein/grossen und kleinen Heytesberg/Klotzberg / Asseburg / Hue/ und Gaters-
107. lebischen Seeberg / colligantur plantæ, recensuit, JOHANNES ROYER in libello, quem inscripsit: Gute Anleitung/ wie man allerley sonderliche Garten-Gewächse &c. vielfältig nützen solle / *excuso Halberstadij*. 1648. 4. Florum autem delineatione ac-
108. curatâ qui delectatur, adire poterit, THEODORI de BRY, *Anthologiam magnam*,
109. quam edidit *Francofurti* 1626. fol. nec non EMANUALIS SWERTII. *Florilegium*, tractans de variis Floribus & plantis, duabus partibus, & quatuor linguis concinnatum. *Impressum ibidem Francof.* 1612. fol. maj.

De Fluminibus Germaniæ.

CUm Fluviorum notitia maximo Geographiæ adjumento sit, utpote qui perennitate suâ, continuisque alveis in abstrusis dubiisque Locorum nominibus, Indices sæpius fiat certissimi, ideo non inter recentiores sed & priscos Scriptores inventi nonnulli sunt, qui in describendis Fluminibus Lacubusque ingenium exercuêre. Ita ex veteribus *Callimachus Cyrenaeus*, qui Ptolomæi Philadelphi temporibus vixit, & octingentos pluresque libellos conscripsit, de *Fluminibus* etiam *Europæ* librum reliquit. Sic *Diogenianus Heracleotes*, Hadriani Imperatoris ætate, de *Fluminibus*, *Lacubus*, *Fontibus* &c. teste *Svida* commentatus est, Itemque *Vibius Sequester*, qui de iisdem quoque scripsit, & cum *Pomponio Mela* ab *Aldo*, *Venetiis* excusus est. Neque minus de hisce fuere soliciti recentiores, qui non solum in Nomenclaturis & Dictionariis, Regionumve descriptionibus mentionem eorum faciunt, sed & peculiaribus scriptis illustrarunt: Priusquam vero ad Germaniæ nostræ flumina perveniamus, præmittemus.

110. POTAMOGRAPHIAM EUROPÆAM. *Anonymi Scriptoris*, seu brevem & succinctam recensionem fluviorum Europæ, magnorum omnium, mediocrium & parvorum, maximâ ex parte, cum denominatione provinciarum, quas transfluunt, & ubi quilibet se exoneret, una cum *Fidleri* Fluminibus Germaniæ. *Impr. Ulmæ*
111. 1672. 12. Hæc etiam, quam FELIX FIDLERVS *Borussus*, seculi superioris Poëta, & qui Caroli V. Imper. castra secutus est, Germaniæ Fluviorum descriptionem metricam dedit, edita est inter PAULI MELISSI, *Franci*, P. L. *Schediasmata*, p. 188. cum ejusdem Annotatiunculis. *Impr. Halla Saxon.* 1625. 8.

DANUBIUS.

MAximi hujus, celeberrimique (cujus & *Herodotus* ipſe ſcriptorum vetuſtiſſimus meminit) Delineatio varie edita eſt, hiſce Titulis:

112. Maximi totius Europæ Fl. Danubii curſus per Germaniam Hungariamque, nova delineatio, ap. *Johann: Janſonium* fol. uno.

113. Danubius Fl. Europæ maximus à fontibus ad oſtia cum omnibus fluminibus ab utroque latere in eum defluentibus; foliis duobus: Itemque ap. *Cornel. Danckert* fol. 2.
114.

115. Pleniorem vero deſcriptionem dedit Vir CL. SIGISMUNDUS BETULIUS, Com. Pal. &c. libello, cui titulum fecit:

Der Donau Strandt mit allen ſeinen Ein und Zuflüſſen/angelegenen Königreichen/Provintzen/Herrſchafften und Städten/auch dererſelben alten und neuen Nahmen/von Urſprung biß zum Außfluße / in dreyfacher Landmappe vorgeſtellet/ſambt kurtzer Verfaſſung einer Hungar-und Türckiſchen Cronicka/ etc. nebenſt XXXIII. Figuren der vornehmſten Hungeriſchen Städte und Veſtungen/ in kupffer hervorgegeben von Jacob Sandrart etc. Nürnberg 1664. 12.

RHENUS.

HIc Romani olim Imperij, Septentrionem verſus, limes, varié etiam delineatus eſt: Extat enim.

116. Totius Rheni, ab ejus capitibus, ad Oceanum usque Germanicum, in quem ſe exonerat, noviſſima Deſcriptio: apud *Joh. Janſon.* fol. uno.

117. Deſcriptio Fl. Rheni, Vahalis & Moſæ, â Rhenobercâ ad Goricomium usque, comprehendens Imperium Noviomagenſe, Bataviam Tielæ & Bomelii Inſulas, regionesque conterminas apud *Henricum Hondium*. Item ap. *Joh. Janſonium*.

118. Tractus Rheni & Moſæ, totiusque Vahalis, â Rhenobercâ Gorcomium usque cum terris adjacentibus, Ducatu Cliviæ, Regno Noviomagenſi & Bomelerwaert parte, inſuper veteris Bataviæ, quæ continet de Betouwe Tielerwaert, & Comitatus Buyren, Culenborg & Laerdam. ap. *Gvil. Bleau.*

119. Rhenus, Fl. Europæ celeberrimus, cum Moſâ, Moſellâ, & reliquis in illum ſe exonerantibus fluminibus. apud *Gvilhelm: Bleau*: itemque apud *Cornel. Danckerts*, duobus fol. Præter haſce Tabulas, quas etiam *Simon Pauli*, in Orbe ſuo Terra-
120. queo, notavit, alia habetur, hoc titulo:

121. Recens & germana, olim bicornis hodie v. tricornis Rheni, omnium Germaniæ Amnium celeberrimi Deſcriptio, additis fluminibus, Electorum Provinciis, Ducat. Comitat. & oppidis præcipuis: *Colonia Agrippinæ exc.* An. 1604. foliis duobus.

122. Et quæ ſuperiori anno prodiit Nova totius Rheni accuratiſſima delineatio, Oder grundrichtiger Entwurff des gantzen Rheinſtroms/ etc. nebenſt einer kurtzen Beſchreibung der daran gelegenen Städte/Schlöſſer und Feſtungen.

123. Plenior cognitio inſignis hujus Fluvii ſi deſideretur, ſuppeditabunt eam BERNHARDUS MOLLERUS, *Monaſterienſis*, qui eum à primis fontibus usque ad Oceanum Germanicum carmine deſcripſit, cum tabulis geographicis provinciarum, per quas Rhenus delabitur, in æs inciſis: *Prodiit Colon.* 1580. *&* 1596. 8.

124. PHILIPPUS CLUVERIUS etiam, ſæpius jam nominatus, ut veterum Batavorum fines accuratius traderet, librum ſcripſit De tribus Rheni alveis, oſtiisque, & Batavis, Caninefatibus Friſiis & Marſacis, unâ cum Tabb. geographicis. Edidit hunc cum aliis Auctoribus, in Germaniæ inferioris Provinciarum unitarum Antiquitatibus Petrus Scriverius, *Lugd. Batav.* 1611. 4.

Verum cum per diſputationes erui Veritatem notum eſt, adhiberi quoque po-
125. terunt JOHANNIS ISACI PONTANI *Diſceptationes Chorographicæ* de Rheni divortiis atque oſtiis, eorumque accolis populis: in quibus præter cætera, Geographorum

rum atque historicorum præstantissimi, *Cæsar, Strabo, Mela, Plinius Ptolomæus*, & omnium maximê *Cornelius Tacitus*, passim vel illustrantur, vel explicantur, & â pravis insuper & sinistris, quod ad hoc argumentum interpretationibus, præsertim PHILIPPI CLUVERI vindicantur *Impressæ sunt Amstelrodami* 1614. 8.

126. Idem JOHANNES ISACIVS PONTANVS, in pereruditо Opere suo, *Originum Francicarum*, librum primum fere integrum huic Flumini destinavit, ut commodius commonstraret, quomodo Francorum gens trajecto Rheno, superatisq; Romanorum Præsidiis in Gallias moverit, additâ & descripta ex opposito universâ propemodum Germaniâ. &c. *Editum est, Hardervici* 1616. 4.

Antequam v. ab hoc Flumine discedamus, unum adhuc nominabimus MICHA-
127. ELEM BEUTHERVM, *JCtum & Historicum Clarissimum*, qui in Animadversionibus tam historicis quam chronographicis cap. V. describendis Rheni ostiis insumsit: a. p. 72. usque 79. cum additionibus *Joh. Mich. Beutheri F.* J. U. D. *Editus est Liber hic Argentinæ*. 1593. 8.

ALBIS.

128. CElеberrimi Fluvii hujus nova delineatio auctore Christiano Mollero, excusa est â Gvil. Bleau. 1628.

129. Albis Fl. Germaniæ celebris â fontibus ad ostia cum fluminibus ab utroque latere in illum influentibus descriptus, ap. *Johann Jansonium* Itemque apud *Cornel. Danckert.*

130. Nobilis Fl. Albis maximâ curâ ex variis famosisque Auctoribus collectus & in lucem editus â *Johann. Janson*: Item editus Anno 1657. â *Nic. Joh. Piscatoris.*

Pleniorem hujus Veteribus etiam noti Fluminis descriptionem qui desideret, petere poterit, ex sæpius nominati P. ALBINI Meißnischer Land-Chronicka / Tit. 24. quo exhibetur Verzeichniß von der Elbe Ursprung / und den meisten Wassern / so in die Elbe fallen / innerhalb den Meißnischen Gräntzen: a p. 322. — 334. cum Tit. præced. de Piscibus, quos fluvius hic alit, egisset:

VISURGIS.

131. NObilis Saxoniæ Fl. Visurgis cum Terris adjacentibus, ab inclytâ Bremâ ad ostium maris, Tabula excusa â *Joh. Jansonio.*

SALA.

132. HVnc etiam non ultimi nominis Fluvium celebriorem reddidit GREGORIVS GROITSCHIVS *Grimmensis*, Libello, qui continet *Salæ Fl. Descriptionem, eidemq; adjacentium oppidorum, arcium, cœnobiorum & Episcopalium sedium situs, fundationes & Antiquitates*, excuso *Lipsiæ*. 1584. 8.

MOSELLA.

133. DE hoc inter alia D. AVSONIVS Poëmation, quo ejus Fluvii & Piscium ipsius, historiam eleganter complexus est, reliquit, quod Commentario illustravit Vir summus, MARQVARDVS FREHERVS. Impr. Heidelbergæ 1619. fol.

LACUS LEMANUS.

134. HVjus, Locorumque circumjacentium Descriptionem accuratissimam, Auctore JACOBO GOULARTIO Genevensi, excusam dedit *Gvil. Bleau.*

LACUS POTAMICUS.

DIctus hic olim *Mœsius* sive *Acronius*, item *Superior*, Lacus *Veneti* sive *inferioris* respectu, nostris Bodensee/aquis Chrystallo similibus, cœloque noctu æmulis, per terras uberrimas, vineis, agris, pratisque cultissimas, Vrbibusque insuper, castris, & pagis frequentissimas, protensus, permultum sane debet supra nominato R. P. F.
135. GABRIELI BVCELINO qui eum illustravit Libro illo, cui Titulum dedit: *Lacus*

Potamici, olim Mœsij & Acronij, nec non confinium, sub nomine Constantiæ Sacræ & profanæ, Descriptio Francof. ad Mœn. 1668. 4. sumt. Vid. Joh. Görlini.

De Thermis & Acidulis Germaniæ.

Flumina hactenus & Lacus, qui descripserunt, & delineationem eorum Tabulis hydrographicis, oculis subjecerunt, vidimus; Ordinis jam ratio, ut & ad *Thermas & Acidulas* nos convertamus, vocat: Tanta enim supremi Numinis erga Patriam nostram, benignitas est, ut non solum fertilem eam & locupletem, mediocribus magnisque fluminibus, sed & celebrem & saluberrimam tot Thermis Acidulisque reddiderit; In quorum naturam, & in valetudine hominum reparandâ vires cum nonnulli, grato laudandoque studio, inquisiverint; quamvis medicæ potius considerationis sunt, quia tamen ad laudes quoque Germaniæ spectant, hic quoque recensere nulli dubitamus, Primas inter has tenent,

THERMÆ CAROLINÆ Karlsbad.

HÆ nomen suum â Carolo IV. Imperatore, qui maximè illis delectatus est, sortitæ (quamvis & ante ipsum celebres & frequentatæ fuerint,) in ea Bohemiæ tractu, quem Elbogner Krays vocant, sitæ, virtute qua pollent, nobilissimæ sunt. Extat de
136. his JOHANNIS STEPHANI STROBELBERGERI Käyserl. Bad Medici, kurtze Instruction und Bad-Regiment/wie das Käyserl. CarlsBad sambt guter diæt zu gebrauchen. Impr. Nürnberg. 1629. 4.

EMBSIÆ.

HArum, quæ inter Nassoviam & Lanstein urbes, tribus fere milliaribus â Confluentiâ, ad amnem Lanum, ad latera Sylvæ, quæ vulgo Der Westerwald vocatur, sitæ sunt, vires atque usus ostendit Libellus ille h. t. insignitus. Außführliche Beschreibung des vortreffl. herrl. und köstlichen warmen Bades Embs, dessen Mineralien,
137. Gebrauch/Tugend und Würckung/durch MARSILIUM WEIGELIUM, D. und des H. R. Reichs Stadt Wormbs bestellten Medicum ordinarium. Franckfurt am Mayn 1627. 8.

BERNHEIMERIANÆ.

DE his L. B. informabit, Libellus sive Kurtze Beschreibung des Burckbernheimer Wildbads/darinnen desselben Natur und Eigenschafften / so wohl auch/ wie man sich nach dem Gebrauch dieses Bades verhalten soll; Gestellet durch TOBIAM KNO-
138. BLOCH, Fürstl. Brandenburg. und Stadt Medicum zu Onoltzbach/ Onolsbach 1611. 12.

ACIDULÆ SVVALBACENSES.

139. LEgi de his potest JOHANNIS GOTHOFREDI GEILFUSI Unterricht von Sauer und Brodel Brunnen zu Langen Schwalbach: Ed. Anno 1662. 12.

EGRANÆ.

140. DEs Egrischen Schleder Säuerlings Beschreibung / was in denselbigen für Mineralien sich erzeigen/was für Krafft darinnt befunden worden / und wie solcher nützlich zubrauchen sey/durch MATT. HORNIGK, Med. Doct. Leipzig. 1623. 4. De genuino item Acidulas Egranas salubriter usurpandi modo, Disputatio, Præside CHRISTI-
141. ANO LANGIO *Phil. & Med. D. Anatom. & Chirurg. P. P. R.* Augusto Haubtmanno, habita est, & edita Lipsiæ Anno 1651. 4.

HORNHUSIANÆ.

FOntina Hornhusiana, das ist/kurtzer und gründlicher Bericht/ von den zwölff Heilbrunnen/so nahe bey der Stadt Oschersleben / in dem Stifft Halberstadt gelegenen Dorffe

142. Dorffe Hornhausen entsprungen sind / beschrieben und geprüffet durch PHILIPPUM DÖBNERN / der Rechten *Lic.* und der Hermetischen Künste Liebhabern. Erffurdt 1646. *imp. Birckneri.* Itemque AUGUSTI HAUBTMANNI. *Dresdensis*, Eigentliche Erforschung des Hornhäusischen Brunnens. Leipzig. 1647. 8.

VVILDUNGENSES.

143. Kurtze Beschreibung des Sauer-Brunnens zu Wildungen / in der Graffschafft Waldeck / wie man dieselben innerlich und eusserlich brauchen soll / von MATTHIA RAMELOVIO, Med. Lic. und Gräffl. Waldeckischen Hoff-*Medico*. Cassel. 1651. 8.

RONNENBURGENSES.

144. Kurtze Beschreibung des zu Ronnenburg durch Gottes Gnade entsprungenen mineralischen Wassers / von dessen Krafft / Brauch / und Mißbrauch à MATTHIA ZACHARIA PILLINGERN / Med. D. Practico zu Altenburg und *Medico Ordin.* zu Ronnenburg. Altenburg. 1667. 8.

Sectio. V.

De Germanorum Nominibus propriis, Lingva veteri & modernâ: & Proverbiis ingeniosis.

De Nominibus Germanorum.

QUanta Germanorum veterum circa lingvam suam cura fuerit atque felicitas, abunde cognoscere poterit, qui artificiosam, maximè in Nominibus propriis compositionem, quæ græcorum in hoc genere facilitati parum cedit, accuratius intuetur. Qvippe ea Majores nostri adeo folicitè, & superstitiosè fere, imposuerunt, ut teste AVENTINO sub initium *Annalium pag.* 4. non leve momentum, quod vitam & mores, fortunas atque obitum concernit, in Nominibus ejusmodi situm esse existimaverint, quapropter nec illis ante octavum diem temere infantes suos appellare soliti sunt, ne scil. festinatione nimiâ hac in parte peccarent. Sequioribus v. temporibus Nomina illa in desvetudinem fere abire, & Hebraica, Græca, Latina illorum succedere in locum cœpére, Zélo, uti nonnulli putant Religionis christianæ, quæ, quo altiores in Germaniâ nostrâ radices egerit, eo magis etiam homines ad ejusmodi Nomina amplectenda impulit. Cum ergo non minima pars de Lingvæ nostræ Nobilitate, in perpetuæ oblivionis versaretur discrimine, ut ab eâ hocce decus vindicarent, doctissimi quidam Viri peculiaribus scriptis laborarunt; quorum & hic Nomina ut recen-
145. seantur, opus esse putamus: Primum igitur locum occupabit CATALOGUS Nominum propriorum quibus Alamanni quondam appellati, *è vetustissimo Codice Monasterii S. Galli ordine descriptus*, qui quatuor capitibus nomina tam masculina quam fœminina, in Alamannia Theutonicâ & Curiensi, & Burgundionensi frequentata exhibet: Dedit hunc literato Orbi, (utinam cum explicatione) Vir Rerum nostrarum peritissimus: MELCHIOR GOLDASTUS, Tomo II. *Antiquitatum Alamannicarum, à p.* 92. — 118.

Promisit quoque Vir Illustris PETRUS LAMBECIUS, Hamb. *S. Cæs. Maj. Consiliarius, Historiographus & Bibliothecarius in Syntagmate Rerum Germanicarum*
146. propediem edendo, CALENDARIVM ECCLESIASTICVM, Imperatoribus Carolo M. & Ludivico Pio, compositum & multivariâ illorum Temporum notitiâ, magnaque veterum Germanorum Nominum propriorum copiâ refertum, *quod extat in Augustissimæ Biblioth. Cæsareæ pervetusto Codice membranaceo, inter Coddl. MSS Theologicos latinos* 360. Cui & prælaudati Dn. Lambecii *Annotationes necessariæ accedent.* Horum quoque explicatione *Thesaurum suum Rerum Germanicarum*

147. augere voluit sæpius supra commemoratus, SIMON SCHARDIUS, dum Opusculum, *de* Nominibus propriis Germanorum, *eorumq; ad pristinam Etymologiam reducendorum ratione, per quondam Antiquitatis studiosum, compositum, primo* Tomo *suo* Historiarum Germaniæ antiquæ subjunxit, p. 441. usque ad fin.

Parum v. dubito quin ipse is sit libellus, cujus Titulum *Catalogus librorum Lipsiensis*, nuperis Autumnalibus Nundinis evulgatus, inter prodituros exhibet. D. MARTINI LUTHERI Nahmen Büchlein / welches erstmahl ohne seinen Nah-
148. men zu Wittenberg Anno 1573. nunmehro schon vor 137. Jahren; Nachmahls mit und unter seinem Nahmen auch zu Wittenberg in Latein außgangen/ Jetzo der edlen deutschen Hauptsprache auffrichtigen Liebhabern / die der alten deutschen Nahmen/ Deut- und Außlegung zu wissen begehren zugefallen/ deutsch neben einer Vorrede / etlichen Anmerckungen und zwiefachen Nahmen- und einen der fürnehmsten Sachen/ und denckwürdigsten Historien-Register heraus gegeben von M. GOTTFRID WEGNERN / *Silesio Marchitâ.* In Verleg. Joh. Grossens und Consorten.

Uberrimam vero illorum copiam, suppeditavit, primo nominatus nobis supra loco, JUSTUS GEORGIUS SCHOTTELIUS, qui libri V. Operis sui Von der deutschen Hauptsprache / Tractatum secundum inscripsit, de Nominibus propriis veterum Teutonicorum seu Celticorum Populorum, cum explicatione latina & germanicâ, ordine alphabetico. à pag. 1030.—1098.

Plura de his qui cognoscere desideret, adire poterit *Beatum Rhenanum*, qui libro suo tertio, peculiare caput de *Nominibus propriis veterum Germanorum inseruit, Hugonem Grotium in Historiâ Gothorum, Aventinum in Annalibus Bojicis, Wolffg. Lazium, de migrationibus Gentium, Besoldum in Thesauro practico, item Webnerum, Speidelium, Franciscum Junium in Notis ad Willeramum, Philippum Cluverium in German. antiquâ, Freherum, Wormium, Lehmannum, Meibomium, &c.* cum jam properemus ad alios, qui scripserunt.

De LINGUA GERMANORUM.

POpulorum & Linguarum eandem fere sortem esse, ut illis florentibus hæ quoque vigeant, afflictis vero langueant & ipsæ, & de nitore suo simul remittant, & tantum non occidant, historiæ satis testantur: Quid enim Græcâ linguâ olim elegantius, cum latè rerum Domini Græci, per Asiam & Italiam dominarentur, mariaque sub potestate haberent? Quam depravata vero ea hodie, & sub barbarorum jugo pressa, barbara & ipsa evaserit, demonstrat MARTINUS CRUSIUS, gr. & lat. LL. in Acad. Tubing. olim Prof. Turcogræciæ suæ libris VIII. ex quibus modernæ Græciæ status afflictissimus abunde cognosci poterit. Quæ linguæ latinæ fata fuerint, nemo doctorum est qui ignorare possit: licet enim Augusti temporibus, cum universus Orbis Romam adoraret, hæc in summo fastigio constituta, communis fere gentium lingua fuerit, adeo tamen hæc, postquam barbarorum incursionibus, Italia, ipsaque caput Orbis Urbs, vastata, pluribus populis in prædam rursum cessit, â culmine suo dejecta est, ut in nullo hujus Universi angulo vernacula hodie audiatur, & tantum in libris adhuc, & Doctorum colloquiis regnet. Longè melior Linguæ nostræ Heroicæ conditio est, quæ nulli alii natales suos cum debeat, Germaniæ solo incolarumq; moribus cultioribus redditis, in dies quoq; comtior atq; elegantior comparuit, ut nulli jam vicinarum cedat. Quanto magis ergo Germanis hoc incumbet, ut hujus integritatem & Majestatem tueantur, cum Gallos Anglosque, ut Italos taceam, in novâ suâ, aut ex pluribus linguis conflatâ, maximè extollendâ fervidè laborare videant. Quodnam *Academia Parisiensis*, auspiciis Cardin. Richelii studium sit, edocent, liber ille, qui titulum præsefert: *Relation, contenant, l' histoire de l' Academie Françoise, composé par M. Pelisson:* Auctorque *de la Bibliotheque Françoise: impr. à Paris 1664. 12.* M. C. SOREL qui ante enumerationem membrorum illius Academiæ p. 241. ita scribit *Puisq' cette Institution n' est que pour embellissement de nostre langue, c' est la, qu' il faut chercher sa perfection*

ction en suite de son progrez &c. & p. 245. *par la suite de tant d' Autheurs, on a pû voir le progrez de nostre langve françoise, laquelle on croit estre maintenant à sa perfection, ou il s'en faut peu. &c.* Quo v. Angli aspirent edocebit Auctor Historiæ *Societatis Regiæ*, THOMAS SPRAT, ex anglico idiomate in gallicum traductus, & impr. *à Geneve* 1669. 8. *b. t. L' histoire de la societé Royale de Londres &c.* maximè p. 48. 49. 50. & seqq. Tantum vero abest, ut illa, ceu modo dictus Auctor p. 52. eam incusat, *rudis* & *aspera* sit, cum contrarium hujus felicissimè ostenderit sæpius laudatus Dn. Schottelius l. 1. Von der Teutschen Hauptsprache/ quem decem Orationes, quas in hujus laudem composuit, absolvunt. Maximo vero Lingvæ nostræ ornamento est, quod Augustissimus Imperator CAROLVS MAGNVS, natione *Germanus* præ ceteris eam in deliciis habuerit atque auxerit, de quâ re superius lau-
149. datus Dn. LAMBECIUS, *Breviario capitis 5. libri IIdi, Commentariorum de Augustissima Bibliothecâ Cæsareâ Vindobonensi, Wiennæ 1669. fol. typis M. Cosmerovij excusi*; ita post nonnulla: De Antiquâ lingvâ Germanicâ, respectu universæ Germaniæ Theotisca, respectu autẽ istius partis Germaniæ, quam veteres Franci seu Francones possederunt Francisca dicta: quam Imperator ut natione Germanus summopere coluit, & primus omnium certis Regulis Grammaticis in artem redigere conatus est, &c. quod & Eginhardus & ex eo Urspergensis (de quibus inferius Deo V. pluribus) aliique testantur. *Incboavit & Grammaticam patrii sermonis. Mensibus etiam juxta propriam lingvam vocabula imposuit, qui ante id temporis apud Francos partim latinis, partim barbaris nominibus pronunciabantur: & Januarium appellavit Wintermonath. &c. Item ventos duodecim propriis appellationibus insignivit, cum prius non amplius quam 4. ventorum nomina possent inveniri. &c.* Fusius autem de labore i-
150. psius grammatico JOHANNES TRITTHEMIUS Polygraphiæ lib. 6. p. 588. Argentinæ excusæ, ap. Laz. Zetznerum 8. *Legimus*, inquit, *quod Carolus Rex Francorum, cognomento Magnus, nationis suæ misertus barbariem, Nanno Theobaldo, Albino & Berengero adjutoribus, lingvam tentavit regulare Germanicam. Cumq; testante Turpino, tam arduum inchoasset opus, crebris bellorum incursionibus retardatus non perfecit, sed morte præventus imperfectum reliquit.* Specimen vero linguæ Thetiscæ, uti illa temporibus Carolinis habuit, Illustris Lambecius, *Confessionis Formulam* ex pervetusto Codice MS. exhibet, de quâ minime dubitat, ipsum etiam Imperatorem (mutatis tamen quæ respectu propriæ personæ, propriæque conscientiæ mutanda fuerant) usus sit, Legitur autem *Comment. de Augustissima Bibl. Cæs. l. 2. c. 5. p. 318-320.*

Cum vero laudatissimus hic Imperator opus suum ad Colophonem perdu-
151. cere non potuisset, OTFRIDUS *Monachus, Rabani Fuldensis*, (verba sunt ejusdem *Trithemij*, qui loco cit: sic pergit) *quondam auditor atque Discipulus, sub Ludovico Pio ipsius Caroli Filio, Grammatica illa quamvis imperfecta consecutus, multa scripsit in lingvâ nostrâ germanicâ, quæ regularis institutionis mirandam videntur habere gravitatem*: Hic Otfridus, quoniam in ipsum commodè jam inter lingvæ nostræ Auctores incidimus, Monachus fuit Cœnobii Benedictini *Wizanburgensis* seu *Weissenburgensis* in Alsatiâ, quod nunc sub titulo Præposituræ ad Episcopatum Spi-
152. rensem pertinet, De hoc idem TRITHEMIUS, *libro de scriptoribus Ecclesiasticis, Colon. Agripp. typis Petri Quentel Anno 1531. & 1546. separatim in 4. & Francof. typis Wechelianis cum omnibus ejus operibus 1601. fol. excuso* ita scribit, *Otfridus Monachus Weissenburgensis Cœnobij, Ordinis D. Patris Benedicti, natione Theutonicus. Rabani Mauri, Abbatis Fuldensis quondam Auditor & Discipulus, Vir in divinis Scripturis eruditissimus, & in secularibus literis egregiè doctus: Philosophus, Rhetor & Poëta insignis, ingenio excellens, & disertus eloquio: scripsit tam metro quam prosâ multa præclara opuscula, quibus nomen suum ad posteros transmisit. Exemplo autem Caroli Imperatoris Magni conatus est barbariem lingvæ Teutonicæ ad Regulas grammaticales reducere, quod & ex parte perfecit, Unde ea quæ patrio sermone conscripsit, non facile nostrâ ætate legi & intelligi possunt etiam ab homine quantumcunque Theutonicæ lingvæ perito &c.*

Hic etiam in EVANGELIUM Opus insigne versibus Theutonicis conscripsit,

cujus titulum ita ex vetustissimo Cæsareæ Biblioth. Codice restituit laudatus Dn. Lambecius. Incipit Liber Evangeliorum primus, Domini gratiâ, Theotisce conscriptus: & Liutberto *Moguntinensis Urbis Archiepiscopo* latinâ, *Ludovico* vero, Orientalium Regnorum Regi, & *Salomoni* Episcopo Constantiensi, obtulit germanicis Dedicationibus, quæ superius memorati lib. secundi Commentariorum. de Bibl. Cæsareâ c. 5. pag. 421. —430. legi possunt, uti & Oratio Dominica ex libri 2. capite 21. Otfridi rythmis theotiscis reddita. p. 430. 431. cum aliis nonnullis, pagg. seqq. usque ad 448. Edidit quidem hoc ipsum Otfridi opus, MATTHIAS FLACIUS ILLYRICVS *Basileæ* 1571. 8. verum mendose & mutilè, cum probo ipse exemplari destitutus esset. Præter hæc alia etiam lingva nostra conscripsit idem Otfridus, utpote *Homilias quasdam in Evangelia, Paraphrasin Theotiscam in Canticum Esaiæ* C. XII. *in Canticum Ezechiæ Regis Judæ. Esaiæ.* c. XXXVIII. *Canticum Hannæ I. Sam. II. Mosis Exodi XV.* & *Deut.* XXXII. *in Canticum Zachariæ & Deiparæ Virginis Luc.* I. *in Orationem Dominicam, & D. Athanasij Symbolum. &c.*

154. Cum primis vero ejus *Paraphrasis* memoranda est *in Psalterium*, cujus & *Trithemius* loco citato *de Scriptoribus Eccles.* meminit: *Scripsit & in Psalterium tria magna volumina, eodem genere sermonis*; exhibetque Dn. *Lambecius l. 2. c. 5. p. 461.* pro specimine Psalmum primum, qui & *eodem libro* II. *c.* 8. p. 757. ita de eo Opere scripsit: *Psalterium Davidis membranaceum, latinè* (in quarto, ut vocant majori) *cum Otfridi Monachi Wizanburgensis, Ord. S. Benedicti, antiquâ Theotiscâ paraphrasi prosaica, singulis cujusq; Psalmi latinis versiculis subjunctâ quæ quidem hactenus nondum in lucem prodijt, dignissima tamen profecto est, cum propter antiquam Theotiscam seu Franciscam lingvam Imp. Caroli M. ævo usitatam, tum vero etiam ob ipsius argumenti & doctrinæ præstantiam, ne diutius in tenebris lateat, sed beneficio Typographiæ quam primum publicetur. &c.*

155. Vetustissimi hujus Scriptoris memoria alium mihi in mentem revocat non minus celebrem, WILLERAMUM scil. *Abbatem Mersburgensem*, qui sub Imperatore Henrico IV. circa Annum Christi 1070. & 1080. floruit, ut testatur sæpius commemoratus TRITHEMIVS, qui ejus in *Catalogo illustrium Virorum Germaniæ & libro de scriptoribus Ecclesiastices* meminit: Inclaruit autem *paraphrasi geminâ in Canticâ Canticorum*, latina videl. metro-rhythmicâ & Germanica veteri prosaica, Hujus etiam specimen exhibet Ill. *Lambecius* l. 2. c. 8. p. 765. ex pervetusto Codice ipsius Willerami ævo, & forsan manuque Ipsius scripta; cujus unaquæque pagina ita divisa est in tres columnas, ut prima contineat latinam Canticorum paraphrasin metro-rhythmicam, secunda sive media, ipsum Cant. Canticorum contextum latinum, secundum vulgatam versionem: Tertia denique ejusdem paraphrasin antiquâ lingvâ Theotiscâ seu Germanicâ, qualis Willerami ævo usitata fuit in Franciâ Orientali seu Franconiâ; ita,

Quem sitio votis	OS	*Chüsser mih mit chüsse*
nunc oscula	CU	*sines mundes. Dicco*
porrigat oris	LETUR	*gebiz her mir sine*
Quem mihi venturum	ME	*chunft per*
promserunt organa vatum	OS	*Prophetas : nu*
Nunc etiam per se,	CU	*chumer selbo*
præsens dignetur adesse,	LO	*unde chüsse*
Oscula præbendo,	ORIS	*mih mit dero*
sua dulcia verba loquendo.	SUI.	*suoz ze sines Evangelij*

Edidit quidem istam etiam paraphrasin primus PAULVS MERVLA *Lugd. Batavorum, typis Plantinianis, Christophori Raphelengii Anno* 1598. 8. *Sed tanta* (verba sunt Dn. Lambecii p. 765.) *& tam multiplex Batavam illam editionem impressam inter & vetustissimum Codicem MS. est differentia, ut ad eam demonstrandam integrâ nova Editione sit opus*: Addidit quoque ad eandem Annotationes FRANCIS-

CUS

CVS JVNIVS quas, ſæpius quidem ut allegantur, videre tamen mihi hactenus non contigit.

Verum, ut è diverticulo, ubi me Venerandæ Antiquitatis Amor & admira-
tio diutius fere detinuit, in viam revertar, Grammaticam lingvæ germanicæ con-
156. ficiendi provinciam & alii ſuſceperunt, utpote VALENTINUS JCKELSAMER/
157. cujus labor dudum editus eſt. in 8. itemque LAURENTIVS ALBERTVS OSTRO-
FRANCK/cujus Grammatica *Argentinæ* 1573. excuſa eſt. Qvoniam vero, libelli hi
paucorum manibus teruntur, neque eam ſatis, quam ſibi propoſitam habuerunt,
rem exhauſerunt, non ulterius his immorabimur, cum ſeſe offerat nobis, qui ulti-
mam huic labori, multis & poſtremo M. JOHANNI CLAIO (cujus Grammaticæ
158. ſeptima editio Lipſiæ 1625. prodiit.) tentato, Manum feliciſſimè impoſuit, quem
ſæpius ſupra laudavimus Vir CL. JVSTVS GEORGIVS SCHOTTELIVS *Opere*
159. abſolutiſſimo ſuo quod ipſe Ill. Dn. *Lambecius, Magnum & egregium* appellare di-
gnatus eſt, *de Linguâ Germanicâ*: Oder außführliche Arbeit/von der deutſchen Haubt-
ſprache/worinnen enthalten/dieſer Haubtſprache Uhrankunft/Uhralterthum/Reinligkeit/
Eigenſchafft/Vermögen/Unvergleichligkeit/Grundrichtigkeit/zumahl die Sprachkunſt
und Verskunſt deutſch/ und guten theils lateiniſch/völlig mit eingebracht / wie nicht we-
niger die Verdoppelung/ Ableitung/die Einleitung/Nahmwörter/ Authores von deut-
ſchen Weſen/und deutſcher Sprache/von der Verdeutſchung /Item/die Stammwörter
der deutſchen Sprache ſambt Erklärung / und dergleichen viel merckwürdige Sachen:
abgetheilet in V. Bücher. Braunſchweig 1663. 4.

Qvum autem eâdem lingvâ vernaculâ utantur docti pariter & rudes, huma-
niorumque literarum expertes, pauci vero, quæ ſermonis ſui ratio ſit & conditio
ſcire laborent, non minimam & hic laudem merentur, qui de analogiâ lingvæ &
de originibus, viq; nativâ verborum ſolliciti, Patriæ ſuæ perutilem in inveſtigandis &
illuſtrandis illis operam collocant: Ita *Terentium Varronem* hoc nomine laudibus ef-
fert, M. TVLLIVS, *Quæſtionum Academ. lib. 1. p. 4.* (To. IV. *Operum, Editionis
Hamburg. Grutero-Gebhardianæ in fol.*) *n. 3. Peregrinantes nos in noſtrâ Urbe erran-
tesq; tanquam hoſpites, tui libri quaſi domum deduxerunt, ut poſſemus aliquando, qui
& ubi eſſemus agnoſcere. Tu ætatem patriæ, tu deſcriptiones temporum, Tu ſacrorum
Jura, Tu ſacerdotum, tu domeſticam, tu bellicam Diſciplinam, tu ſedem Regionum,
locorum, tu omnia divinarum humanarumq; rerum nomina, genera, officia, cauſas a-
peruiſti; plurimumq; Poëtis noſtris, omninoq; latinis & literis luminis attuliſti & ver-
bis. &c.* Idemque FABIO QVINTILIANO *Inſtit. Orator. lib. X. c. 1. p. m. 472.
edit. Genev. 1637. 8. peritiſſimus Lingvæ latinæ & omnis antiquitatis & Græcarum rerum.
&c.* audit. Minime ergo ſuâ laude fruſtrandi ſunt illi, qui lingvæ noſtræ Theo-
tiſcæ cum adhuc rudis eſſet, pro temporum ſuorum conditione, opem ferre niſi ſunt:
160. Inter quos non minus doctrina ſuâ quam Dignitate primas tenet RABANVS MAV-
RVS Anno Chriſt. 847. ex Abbate Fuldenſi in Archiepiſcopum Moguntinum ele-
ctus, de quo vide omnino *Goldaſtum Frontiſpicio To. II. Partis I.ma ſcriptorum
Alamann.* pag. 9. Is integrum compoſuit Gloſſarium Latino Theotiſcum
in tota Biblia S. Veteris & Novi Teſtamenti hactenus nunquam editum.
Cujus egregii Operis, vetuſtiſſimum & ipſa Rabani ætate exaratum Codicem mem-
branaceum reperit, Illuſtris *Lambecius*, ut ipſe teſtatur (incredibili cum gaudio, cum
S. Cæſ. Majeſtatis in Itinere Tirolenſi Comes, Arcis Ambraſianæ, apud Oenipon-
tem ſitæ Bibliothecam ſtudioſe pervolveret, & repertum, cum aliis multis præſtan-
tiſſimis MSS. Codicibus in Auguſtiſſimam Cæſaream Bibliothecam Vindobonenſem
tranſtulit, Hujus etiam Editionem in *Syntagmate Rerum Germanicarum* cum erudi-
to orbe communicandam promiſit: Principium hujus gloſſarii exhibet: lib. 2.
Comm. de Bibl. Cæſar. c. 5. p. 416.

IN NOMINE DEI SUMMI INCIPIUNT GLOSSÆ HRABANI MAURI.

Inchoant,	*Pikinnant*	Hoc est:	*Es beginnen,*
Congregationes,	*Samanunga*		*Die Versammelungen.*
Verborum	*Uuorto*		*Der Wörter.*
Ex novo,	*Fona deru nivun*		*Von der neuen*
Et vetere	*Anti deru altun*		*Und der alten*
Teſtamento,	*Euu.*		*Ew ſive Zeit.*

161. EJVSDEM quoque *gloſſas Latino-Theotiſcas de partibus humani corporis*: Item *de inventione lingvarum ab Hebraica ad Theotiſcam & notis antiqvis. à Walafrido Strabo, Abbate Augienſi*, ex dictantis ore exceptas, Melchior Goldaſtus exhibet, To. II. *Scriptorum Veterum de rebus Allamannicis, Parte primâ* p. 65. & 66. quæ habentur etiam inter opera Rabani, *Coloniæ Agrippinæ apud Antonium Hieratum Anno*, 1607. *ſex Tomis in fol. impreſſa.*

162. Idem Goldaſtus Tomo II. jam citato, â pag. 69. uſque 91. exhibet KERONIS *Monachi S. Galli Interpretationem Vocabulorum Barbaricorum*, (i. e. Alamannicorum) *in Regulam S. Benedicti Abbatis*, ordine alphabetico, â ſe ita digeſto. h. m.

A, ab, *fona*
Abbas, *fater*
Abbatis, *Abbates*,
Abbate, *fatere*
Abba pater, *fater libfater &c.*

Quo vero melius faciliusque per Rerum germanicarum Scriptores pergi poſſit, qui pro ſeculorum, in quo vixerunt barbarie, multis exoticis, & lingvâ latinâ alienis vocabulis, velut ſalebroſâ in viâ Lectorem ſæpius remorantur, his etiam difficultatibus obviam itum eſt, â Viris doctiſſimis, qui ex abditiſſimæ Antiqnitatis penu hiſce obſcuritatibus diſcutiendis lumen præferunt. Egre-
163. gie hic promeritus eſt ſæpius memoratus MELCHIOR GOLDASTVS, qui To. I. *parti primæ, Rerum Alamannicarum*, *Gloſſas Rerum & Verborum difficiliorum* ſubjecit, â p. 102. uſque 139. Itemque MARQVARDVS FREHERVS *Conſil.*
164. *Palatinus*, Vir ſane ſuo tempore Rerum noſtrarum peritiſſimus, qui itidem, *Auctoribus Germanicis* â ſe editis (de quibus D. V. in ſecundâ parte acturi ſumus,) *Gloſſarium Vocum ſemilatinarum, aut barbararum*, quæ in hiſce Rerum germanicarum ſcriptoribus occurrunt præmiſit. Huc etiam ſpectat Ejuſd. FREHE-
165. RI. *Commentarius*, quo Caroli Craſſi Imp. Conſtitutionem de Feudis, primo â ſe editam, expoſuit; in quo licet mole, exiguo carioſe multa obſervavit, & elegantiſſime illuſtravit, quæ ad vetuſtam lingvam noſtram ſpectant. *Impr. Hanoviæ.* 1591. 8.

Commodè quoq; huc referri poſſunt, Viri longè doctiſſimi GERHARDI
166. JOHANNIS VOSSII. *de Vitiis Sermonis latini, & gloſſematis latino barbaris, Libri IV.* partim utiles ad purè loquendum, partim ad melius intelligendos poſteriorum ſeculorum ſcriptores. *Editi* ultimò *Francof.* 1666. 4. Nec pauciores his ſunt & alii qui *Gloſſariis* ſuis celebre apud poſteros nomen invenere: UGVTIO, PAPIAS, HENRICVS SPELMANNVS, LYDIVS, SOMNERVS, *Dictionario Saxonico-Latino, Anglico, &c.* Item illi qui Operibus ſuis nonnulla etiam de lingâ Theo-
167. tiſcâ immiſcuêre: JVSTVS LIPSIVS: qui *Centuriæ* III. *ad Belgas, Epiſtolam* 44. ad Henricum Schottium JCtum & Syndicum Antwerpienſem, p. m. 426. & ſeqq. (*Ed. Avenionenſis: an.* 1603.) integram in eam impendit, quæ
168. lectu ſane eſt digniſſima: CONRADVS GESNERVS, *in Mithridate* ſeu de differentiis lingvarum, tum veterum, tum quæ hodie apud diverſas nationes, in

toto

toto Terrarum Orbe in usu sunt, Observationibus, *Tiguri, Typis Froschoveri* 1518.
169. 8. WOLFGANGVS LAZIVS, libro tertio de *Migrationibus Gentium impr.*
170. *Francof.* 1600. *in fol.* MELCHIOR GOLDASTVS *in Notis ad Tirolis Regis*
Scotorum, & Winsbekij & Winsbeskiæ, antiquas Germanicas paraneses à se publica-
171. *tas.* BONAVENTURA VULCANIVS, libro *de literis & linguâ Getarum s. Go-*
172. *thorum.* CHRISTOPHORVS BROUWERVS, in *Dissertatione de veteri Treviro-*
173. *rum linguâ*: quam separatim edidit Simon Pauli, libello cui tit. fecit,
174. *Mantissa Lectionis Antiquæ, &c.* p. 79. ed. Argent. 1670. 4. MARTINVS OPI-
TIVS in *Animadversionibus ad incerti Poëtæ Theotiscum Poëma Rythmicum de S.*
Annone Archiepiscopo Coloniensi.

Ut ut vero quam plurimi in investigandis & exponendis vetustissimis lin-
gvæ nostræ vocabulis laboraverint; mirandum tamen est, nullum adhuc in-
ventum esse, qui Lexicon illius perfectum concinnaverit. Versatur quidem in
175. Eruditorum manibus GEORGII HENISCHII. *Medicinæ Doctoris & Mathema-*
tici Augustani, Thesaurus lingvæ & Sapientiæ Germaniæ: in quo omnia Voca-
bula Germanica, tam rara quam communia, cum suis Synonymis, Derivatis,
Phrasibus, Compositis, Epithetis, Proverbiis, Antithetis, continentur, & la-
tine ex optimis quibusque Auctoribus redduntur, ita ut hac nova & perfectâ
methodo, quilibet, cum ad pleniorem Lingvæ utriusque cognitionem, tum
rerum prudentiam facile pervenire possit: Verum, morte interceptus Auctor
non nisi ad literam H. perducere potuit, optandumque esset, absolutum fuisse
vel jam continuari eundem laborem, sed eâ, quam Titulus promisit methodo:
176. Huc etiam collimat ELIÆ WOLFGANGI HVTTERI, JCti, Liber quem
Argentinæ 1576. publici juris fecit, h. Tit. *Lingvæ Germanicæ Vindicatio contra*
exoticas quasdam, quæ complurium vocum & dictionum mere germanicarum Ety-
mologias, ex sua petere sunt conati: In quo Auctor hic demonstratum ivit, Gal-
los Grammaticos, germanicæ lingvæ ut plurimum rudes, in derivatione & ex-
plicatione vocabulorum suorum, quæ ex nostrâ originem ducunt, & ex eâ me-
rito explicari debent, crassos errores committere. *Dubium mihi non est*, verba
ipsius sunt, *quin si non omnes, & maximam equidem partem omnium vocum quæ*
in Gallorum sermone hodie extant, non latinas, ex origine Germanicâ declarari
posse, nisi ita essent ab ipsis corruptæ labiorum mollitie. &c. Quemadmodum
vero Lexicon lingvæ nostræ absolutum confici possit, videndum sæpius citati Dn.
SCHOTTELI Consilium, in der zehenden Lobrede von der deutschen Hauptspra-
che. p. 159.—166.

Quantum vero utilitatis in rebus nostris pariter & Vocabulis pernoscendis
Philologia Germanica adferat, quisque perspiciet, qui Viri Nobilissimi GE-
177. ORGII PHILIPPI HARSDORFERI. *Philologiæ Germanicæ: Norinbergæ*, 1646.
178. 12. & doctissimi JOHANNIS VORSTI *Observationum in lingvam vernaculam*
Colon. Brandeburgicæ 1668. 12. *impressa Specimina*, accuratius evolverit, ex
quibus sane, quem in usum vetusta lingvæ Theotiscæ monumenta adduximus,
abunde patebit.

De Lingvæ Germanicæ cultioris LIBRIS.

Lingvam nostram Germanicam, licet Is, quem supra adduxi OTFRIDVS, eam in *Dedicatione Operis sui, ad* Liutpertum Archi-Præsulem Moguntinum, appellet *barbaram, agrestem, incultam, indisciplinabilem, scriptu difficilem, & insvetam capi fræno regulari Grammaticæ artis, &c.* nemo tamen hoc tempore, nisi Germanicarum literarum penitus expers, ei hanc contumeliam impinget: Graviter enim simul conqueritur Auctor de negligentiâ Germanorum, quod propriam lingvam nec scripturâ, nec arte aliquâ expoliverint, majorumque suorum res gestas, vel omnino non mandaverint literis, vel non aliter, quam latinâ lingvâ fecerint, quodque cum in alienis lingvis vel unicâ literulâ

 artem

artem transgredi, tanquam ingens dedecus, summâ diligentiâ evitare studuerint, patrium interea sermonem, adeo contemserint, ut singulis fere verbis à rectâ loquendi ratione aberrare, & omni scripturæ usu carere non erubuerint. Quæ itidem querela, ut tunc temporis vera fuit & justa, ita nunc falsa sane foret & iniquissima: Hoc enim probrum dudum abolevit RUDOLPHUS I. Habspurgicus, ille Augustalis & Archi-Ducalis Domus Austriacæ, (quam ut Deus Sator & Stator Imperiorum nobis & seræ posteritati florentem conservet, fideles subditi merito vota concipimus) Progenitor, Is Imperator gloriosissimæ memoriæ in Comitiis A. 1272. *Norinbergæ* habitis, cum unanimi Ordinum Imperii consensu, Edicto publico sanxit, Ut deinceps in Curiis, Tribunalibus, Contractibus, non alia quam germanica lingva admittatur uti hoc exhibet Melchior Goldastus *To. I. Constitutionum Imperialium p. 371.* Quod sane non ideo factum, ne qua fraus fieret contrahentibus, latinæ lingvæ omnino expertibus, quin potius ea ratio sapientissimum illum Imperatorem incitavit, quod hoc ipsum ad publicum Germaniæ decus pertinere existimaret, ne peregrinum idioma patrio præferri pateremur. V. Lehmannum *Chronico Spirensi, l. 2. c. 45.* itemque Shottelium, in der andern Lobrede/ *p.* 18. 19. Ex quo factum est ut in commerciis hominum, literarumque documentis frequentior, tandem quinquaginta circiter aut centum abhinc annorum spatio ad aliarum illustrium lingvarum exemplum, artis beneficio tam diligenter & studiosè excoli cæperit, ut in præsens summo jure ei applicari possit, quod de latinâ Lingvâ Cicero, quæ itidem à Romanis diu contemta, & pro inope & barbarâ habita fuerat, in principio *libri primi de Finibus bonorum & malorum To. IV. Operum p. 28.* scribit, *nec Oratoribus bonis, aut Poëtis, postea quidem quàm fuit quem imitarentur, ullum orationis vel copiosæ, vel elegantis ornatum defuisse.* Nec defuerunt etiam, quæ lingvæ nostræ patrocinium publicè susceperunt, eamque ab illis, quibus impeti possit, contumeliis vindicatam suæ dignitati & gloriæ pro viribus restituerunt: E quibus WOLFGANGUS
179. HUNGERUS *JC.* qui *Vindicias lingvæ Germanicæ edidit Argent. 1586. 8.* Itemq;
180. Anonymus, quidam *libello*, quem inscripsit: der deutschen Sprache Ehrenkrantz / neben einem Nahmenbuch. *impr. itid. Argent. 1644. 8.* Justi sane Voluminis res esset, si illorum hic Auctorum, qui de lingvâ nostrâ optimè promeriti sunt Catalogum contexere vellem, adeo certatim in illâ expoliendâ certarunt decora ingenia, ut nulla ars sit aut disciplina, quæ non in Germaniæ nostræ Theatro, germanico habitu ornata, comparere possit: Magnum quoque eorum numerum consignavit, quem primo statim loco nominavimus, J. GEORGIUS SCHOTTELIUS. *Lib. 5. Tractatu quarto*, per totum; quapropter & hac vice, si unius alteriusquè Auctoris, qui ad solutam atque ligatam orationem melius excolendam operam suam collocarunt mentionem fecero, Coronidem & huic sectioni imponam.

Ex iis autem, qui ad Eloquentiam germanicam viam muniverunt, laudem hic merentur, B. JOHANNES MATHIAS MEIFARTUS. *S. S. Theol. D. & P. P. Ecclesiæ hujatis ad Prædicatorum Pastor meritissimus, & Ministerii Evangelici quondam Senior gravissimus &c.* qui inter scripta alia quæ omnia melleò Eloquentiæ flumine jure commendantur, *Rhetoricam* quoque edidit sive,
181. Deutsche Redekunst/ darinnen nach laut des Titels von aller Zugehör/ Natur/ und Eigenschafft der Wohlredenheit gehandelt/ auch wie dieselbe in unsere deutsche Mutter sprache füglich zu bringen/ und bey allerhand Geist-Weltlichen und Militarischen Verrichtungen / so wohl in gebundener/ als ungebundener Rede zierlich zu gebrauchen sey/ nach Anleitung der berühmtesten Redner in zweyen Büchern gezeiget wird.
182. Gedr. zu Coburg. 1634. 8. Itemque DANIEL RICHTER. *Thesauro Oratorio novo*, oder neuen Vorschlag / wie man zu der Redekunst nach dem Ingenio dieses Seculi gelangen/ und zugleich eine Rede auff unzehlich viel Arten verändern könne. Nürnberg. 1662. 8.

Cum

Cum vero non omnia coram peragi poſſint, neque ſemper dicentis ore frui
liceat, Orationibus merito ſuccedent Epiſtolæ, *quæ*, uti Ingenioſiſſimus Angliæ
Cancellarius VERULAMIUS ſcribit, *de Augmentis ſcientiarum l. 2. c. 12. fol. m. 58.
edit. Francof. 1665. fol. plus nativi ſenſus quam orationes, plus etiam maturitatis, quam
Colloquia ſubita habent*: non pauci quoque ſunt, qui Epiſtolis lingvâ noſtrâ con-
ſcriptis famam ſibi pepererunt, è quibus potisſimum hic nominabimus ſæpius lau-
183. datum MARTINUM ZEILERUM. qui *Centurias ſex Epiſtolarum, de variis rebus
politicis & hiſtoricis* in publicum edidit, Impr. *Marpurgi* 1656. 4.; multi etiam con-
ficiendarum illarum artificium variis libris oſtendere laborarunt, quorum omnium
184. inſtar erit Opus conſummatisſimum, cujus Titulus eſt: Teutſche Sekretariatkunſt:
Was ſie ſey / wovon ſie handele/ was dazu gehöre/ welcher geſtalt zu derſelben glück- und
gründlich zugelangen/ was maßen ein Sekretarius beſchaffen ſeyn ſolle / worinnen deſ-
ſen Ampt Gebühr und Schuldigkeit beſtehe/ auch was zur Schreibfertigkeit / und recht-
ſchaffener Briefſtellung eigentlich und vornehmlich erfordert werde. Alles mit grund-
richtigen Sätzen/ zuverläſſigen Anweiſungen / nach reinen deutſchen Muſtern / nach
heutigen durchgehenden Gebrauch/ entworffen/ in vier Theile abgeſondert / und zu mit-
beförderung des gemeinen Nutzens heraus gegeben von dem Spahten. In Verleg. Joh.
Hoffmanns/ Kunſth. Gedruckt zu Weymar 1673. 4.

DE POESI GERMANICA.

HAnc, licet maximè incultam, olim apud Majores noſtros in deliciis fuiſſe, ex
C. TACITO morum noſtratium priſcorum diligentiſſimo obſervatore & Cen-
ſore æquisſimo, manifeſtum eſt. Etſi enim de *Moribus German.* c. 19. *Literarum
ſecreta viros pariter ac feminos ignoraſſe* affirmet, adeoque nulla ſuo ævo eruditio-
nis ullius veſtigia fuiſſe; Idem tamen, quod hanc concernit, de majoribus tradit,
*lib. cit. c. 2. Celebrant carminibus antiquis [quod unum apud illos memoriæ & Annali-
um genus eſt) Tuiſtonem Deum terrâ editum, & Filium Mannum, originem gentis
conditoresque* &c. 3. *Sunt illis hæc quoq; carmina, quarum relatu quem Barritum
vocant, accendunt animos, futuræq; pugnæ fortunam ipſo cantu augurantur. &c.*
Itemque de *Arminio* fortisſimo Germanorum Duce Idem *lib. 2. Annal. c. 88.* ſcribit.
*Canitur adhuc barbaras apud gentes, Græcorum Annalibus ignotus, qui ſua tantum
mirantur, &c.* Porro & hanc ſtudii gloriam ante hos octingentos ac plures annos,
ante & poſt, circa tempora Caroli M. viguiſſe, ex eo apparet, quod de Ipſo ſcriptum
reliquit *Eginbardus in Vitæ Ipſius p. m. 442. Barbara & antiquisſima carmina, qui-
bus veterum Regum actus & bella canebantur, ſcripſit, memoriæq; mandavit*: tum
quoque ex iis, quæ ſupra de parænetícis *Winsbekii & Winsbekiæ*, (quarum partem
videre licet ap. *Schottel. lib. 5. p. 1021. & ſeqq.*) *à Goldaſto* illuſtratis, *Paraphraſi Wil-
185. lerami*, & *Ottfridi Weiſſenburgenſis* rhytmis attulimus: quo etiam pertinent incer-
ti cujusdam Poëtæ Teutonici Rhytmi germanici, de *S. Annone Colonienſi Archiepiſcopo*,
ante quingentos circiter abhinc annos, & quod excurrrit, ſcripti: quos MARTI-
NUS OPITIUS, Vindex Princepsque noſtræque Poëſeos, paulo ante fatalem mor-
bum tanquam cygneam cantionem Animadverſionibus illuſtratos, ineditos antea,
Germaniæ ſuæ in arctisſimum ſtudii pignus, ac ultimum Vale commendavit: Vi-
tio deinde ſubſequentium temporum, cum dominante paſſim fœdâ barbarie, in-
culta illa deſertaque jaceret, aut peregrinarum lingvarum aſſumtis vocabulis ludi-
brio magis, quam admirationi eſſet, hic quem modo nominavimus OPITIUS, *Ger-
186. maniæ noſtræ Virgilius*, cujus Vitam laudesq; â CHRISTOPHORO COLERO in actu
apud Uratislavienſes publico, ſolenniter dictas, & *Lipſiæ una cum ejus effigiè impreſſas*
1665. 4. L. B. videre poterit, eam è ſordibus evectam ſublimi in culmine collocavit:
Teſtantur hoc non modo *Carmina* ejus ſvaviſſima, quæ varié prius ſparſimque edita,
junctim prodiêre ab Auctore ipſo prius reviſa & emendata, Amſtelodami 1634. 12.
187. Verum etiam ipſius *Proſodia Germanica*, von der deutſchen Poeterey/ worinnen alle ih-
188. re Eigenſchafft und Zuhör gründlich erzehlet/ und mit Exempeln außgeführet wird. *exc.
Witteb.* 1634. 8.

Ducem hunc poſtea ſecuti alii promovendæ Poëſeos Germanicæ ſtudio

complures libros, quos variis titulis inscripserunt, in publicum edidére, quos inter eminet Nobilissimi GEORGI PHILIPPI HARSDÖRFERS/ non Noribergæ tantum suæ, sed universæ Germaniæ ornamenti, Poëtischer Trichter/ die Teutsche Dicht- und Reim Kunst ohne behuff der Lateinischen Sprache in 6. Stunden einzugiessen/ in III. Theilen: Nürnberg/ bey Wolff Endtern 1650. 8. in quo non tantum, quæ ad artificium Poëticum, spectant, fidelissimè tractantur, sed etiam quæ ad germanicam nostram lingvam pertinent, præsertim sub initium partis III. sub centum Considerationibus accuratè discutiuntur. Operum ejus *Indicem* B. L. post Dedicationem Partis III. hujus Infundibili inveniet, uti & apud Dn. *Schottelium sæpius citato lib. V. tract. IV.* Von Teutschlands und teutschen Scribenten p. 1175. & 1176. qui etiam ipse libro IV. Poëticam Germanicam in formam Artis redactam *a p. 793. usq; ad p. 997.* exhibuit. Aliâ ratione Germanicæ nostræ Poësi obstetricantes, copiam verborum formularumque ex optimis Poëtis alii collegëre, inque studiosæ Juventutis
190. emolumentum publici Juris fecere, in quos *M. Michaelis* Bergmanns/ Pfarrers zu Woltin/ Teutsches *Ærarium Poëticum*, oder Poëtische Schatzkammer/ die Poëtische Nahmen/ Redensarten/ und Beschreibungen/ so wohl Geist- als weltlicher Sachen/ Gedicht und Handlungen/ zu verfertigung eines zierlichen und saubern Reims auff allerhand fürfallende Begebenheiten rc. zusammen getragen: *Impr. Jenæ. 1662.* 8. quo etiam
191. collimat Gottfried von Peschwitz/ Hochteutscher Parnaß. d. i. Anmuthige Formeln/ Sinnreiche Poëtische Beschreibungen/ und kunstzierliche verblümte Arten zu reden/ aus den besten und berühmtesten Poeten unserer Zeit/ mit fleiß zusammen getragen. *Exc. itidem Jena 1663. 8.*

Quid vero de Poëtis nostris dicam? Sectionem sane hanc in monstrosam amplitudinem producerem, si singulorum ingeniosissima opera, quibus nonnulli immortale sibi nomen dudum compararunt, quæque in omnium fere manibus maximâ cum delectatione pariter & utilitate versantur, recensere mihi proponerem: Quem enim vel mediocriter eruditum latent Poëmata quæ modo laudavimus MARTINI OPITII: vatum Germanorum Phœnicis? cui ignota sunt, P. FLEMMINGI, J. RISTI. T. SCHERNINGI. SCHIRMERI. SIBERI, ZESII, CLAII, BETULII, BUCHNERI, DAN. CASPARIS, NEUMARCKS/ A. GRYPHI: & primo loco nominandi Dn. HOFMANNI: aliorumque, carmina? quæ Germaniæ nostræ lingvæque patriæ, non minori ornamento sunt, quem quos Gallia suos, *Ronsard, Malherbe, Theophile, de St. Amant, Godeau, Chapelain, des Marests, Scudery, Corneille, &c.* magna sane nomina, jactat: Plura qui de Poëseos germanicæ incrementis, quantoque Zelo Imperii nostri Principes potentissimi culturam lingvæ nostræ, promoverint, cognoscere desiderat, adibit librum hujus rei gratia secundâ vice
192. editum, h. t. Der Neusprossende deutsche Palmbaum/ oder außführlicher Bericht von der hochlöbl. fruchtbringenden Gesellschafft Anfang/ Absehen/ Satzungen/ Eigenschafften/ und deroselben Fortpflantzung/ mit Kupffern ausgezieret/ sambt einen vollkommenen Verzeichniß aller Mitglieder dieses Palmen Ordens. Nürnberg bey Johann Hoffmann 1670. 8.

DE HISTORIIS FICTIS.

Non ultimam etiam Lingvæ auctoritatem conciliant Scripta historica, eaque potissimum, quæ gentis cujusque res, pace belloque gestas vernaculo idiomate exponunt: quale opus quoque ad Anglicæ suæ lingvæ gloriam stabiliendam desiderat, quem supra nominavimus THOMAS SPRAT, *Hist. Soc. Reg. Lond. Sect. 20. p. 53.* Neque in hac parte Lingva nostra, librorum historicorum inopiâ laborat, quorum recensionem cum parti secundæ D. V. reservavimus, paucorum tantum, qui fictâ rerum serie Historias æmulantur, mentionem hic faciemus. Cum enim ad formandos hominum mores fictæ hujusmodi Historiæ, teste etiam Ipso CONRINGIO: *De civili prudentia c. 14. p. 299.* non parum conducant, antiquissimis etiam temporibus, qui ingenium in hoc scribendi genere exercerent, inventi sunt. Sic HOMERI si non & *Odyssea*, saltim *Ilias* politici generis figmentum est

Poëti-

Poëticum, ut & hujus æmuli VIRGILII *Æneis*; & citra controversiam hujus notæ est XENOPHONTIS Κύρου παιδεία, seu *de vitâ & Disciplinâ Cyri*, ut CICERO vocat, *Opus*. Etenim, ut idem TULLIUS in utilissima ad *Q. Fratrem Epistolâ de provinciâ regendâ* (quam peculiari commentario illustravit HOTOMANNUS, *impr. Lugd.* 1564. 4. *maj.*) scribit: *Cyrus ille à Xenophonte non ad historiæ fidem scriptus est, sed ad effigiem justi Imperii, &c.* Patrum vero nostraque memoriâ ampliorem similium scriptorum copiam dedêre ex variis Nationibus viri Ingeniosissimi, imprimis Galli, qui hactenus in hoc genere Principatum tenuerunt fere, an affectarunt, ceu ex prolixo Historiarum ejusmodi Indice, quem contexuit *C. Sorel, Biblioth. cap. 9.* quo agit *des Romans de Chevallerie & de Bergerie, des Romans vraysemblables, & des Nouvelles, des Romans heroiqves, & des comiqves. à p. 148. usq. ad* 179. videre licet: Ex nostris sane, si pauca antiquissimâ exceperis, in hisce Exercitiis neminem fere hactenus operam collocasse constat, cum satis officio defuncti sibi videbantur, si elegantissima hujusmodi figmenta in suum idioma conversa, germanicâ civitate donarent: Ex quibus ut cæteros, quos partim sæpius allegatus Dn. SCHOTTELIVS, partim Bibliopolarum Catalogi, haud exiguo numero exhibent, Arrianam, Dianam, Eromenam, Ibrahim Bassam, &c. prætervehar; præ reliquis, ut nominetur promeritus est, nunquam laudatus satis OPITIUS, qui duos ex hoc genere, elegantissimos maximè & utilissimos libros Germanis suis legendos dedit, tanta felicitate in nostrum Idioma translatos, ut quam plures, utrum Auctoribus plus gloriæ, an qui eos vertit OPITIO, asscribendum sit ambigant: Prior est
193. PHILIPPI SIDNEI, Armis pariter ac Literis nobilissimi Britanni Arcadia, quam sub nomine sororis suæ Comitis Pembrockiæ, divulgavit: de hac teste SCHOTTELIO l. 5. tract. 5. ita judicatum: *quod libro huic, quoad verba, flores & elegantiæ totius Antiquitatis Græcæ & Latinæ: quoad res, characterismi omnium Virtutum & Vitiorum insint: ut Auctorem hunc Viri & Auctores nostri temporis celeberrimi, jure vocarint incomparabilem, inimitabilem* Sidnejum: Edita est hæc versio, à *Matthæo Meriano* figuris æneis ornata *Francof.* 1643. 8. *maj.* Alter est inge-
194. niosissimi JOHANNIS BARCLAII Argenis politissima, quæ nitore suo & elegantiâ satis seipsam Eruditis harum deliciarum Censoribus commendat: Hanc ex Siciliâ suâ in mediam Germaniam adduxit, beneficio versionis, de quâ idem SCHOTTELIUS, *d. lib. V. tractatu* 5. wie man recht verdeutschen soll/ p. 1222.—1224. videri poterit. Prodiit prior ejus pars *Uratislaviæ* 1626. posterior v. ib. 1631. 8. cum fig. æn. Verum ante annos non adeo multos, exteris omnino hanc palmam concedere, totumque ab alieno ingenio pendere indignum visum est, productique sunt in Augustum Germaniæ Theatrum Heroës Illustrissimi, *Brunsvigæ* quidem An-
195. no 1666. 4. Der deutsche Großfürst Herkules/ und das Königl. Böhmische Fräulein
196. Valiska. postq; hos; *Norinbergæ*. 1659. & seqq. To. V. in 8. Die Durchleuchtige Syrerin/Aramena: quorum illi ad celeberrimi Theologi, hæc vero ad Illustrissimi Auctoris, uti fama fert, Ingenium natales suos referunt: Auctores, sane, licet suppressione nominis, tanti operis gloriam neglexerint, eam tamen amplissimam adepti sunt, quod reliquorum fœtus, quorum maxima pars ludicri aut vitiosi est argumenti, longè post se relinquentes, veræ pietatis, virtutumque fere omnium semina, ab aliis aut spreta aut proculcata, juvenilibus animis, qui horum scriptorum dulcedine maxime capiuntur, ut quam altissime inserant, studio nunquam satis laudato laborarint; nec minus quoque eam à Germanis suis amoliti sint & hac in parte ignominiam, qua oneraverat illos *Boccalinus Cent.* 1. *Relat.* 23. p. 43. quasi in tergo tantum cerebrum gestantes, nullius egregii Operis auctores facile sint, cum elegantissimis hisce, & ad omnium utilitatem compositis Historiis, quantum Germana gravitas possit, clarissime demonstratum dederint.

DE PROVERBIIS GERMANICIS.

ALiud etiam, quo Germanicæ nostræ Linguæ Nobilitatem & Perfectionem, si illas unicè intenderem, astruere queam, offert sese argumentum, acutissimorum

Proverbiorum amplissima copia. Notum enim est, quo magis lingva quælibet exculta fuerit, eo frequentiorem Proverbiorum numerum propullulasse. Quid enim ea sunt, quæ paucis verbis multa complectuntur adagia, nisi scientiarum nucleus, diuturnæ & sæpius periculosæ Experientiæ compendium, humanarum actionum oracula, imo omnium quæ per Orbem agitantur specula limpidissima?

Hæc enim â Naturâ Ipsâ & ratione Cordibus majorum quasi inscripta, per seram subinde posteritatem auctoritate suâ cum invaluerunt, dicti hujus frequentissimi auctoritatem haud raro astruunt: VOX POPULI: VOX DEI. Cum igitur ERASMO, JUNIO, GILBERTO, COGNATO & aliis, qui ex græcorum & latinorum loquendi usu, adagiorum thesaurum collegerunt, gratias non minimas se debere eruditus sponte fateatur Orbis, quantum nos obstricti erimus Germani Germanis, qui in hisce Adagiis colligendis & illustrandis pro temporum suorum conditione operam collocarunt laudatissimam? E quibus se offert JOHANNES
197. GEORGIVS SEYBOLDUS, *Halâ Svevus ibidemq; Præceptor classicus*, qui Selecta Adagia Latino germanica in Juventutis scholasticæ, (de quâ & aliis scriptis bene meritus est) usum privatim collecta, & in Alphabeti seriem concinnata, publicè typis demandavit: *Imp. Norinbergæ. 1665. 12. apud Endteros.* Idem & ante eum tentaverat, at methodo aliâ, versibus germanis, quamvis prout tempora ea
198. ferebant, rudioribus, EUCHARIVS EYERING. *Pastor olim Streusdorfii* Hic edidit Germanicorum Proverbiorum Copiam oder etliche Hundert lateinischer und deutscher Sprichwörter/ wie die deutschen auff Latein/und die Lateinischen auff deutsch auszusprechen: Mit schönen Historien/ Apologis, und Fabeln geziert. Prodiit *Islebiæ. 1610. Typis Grossianis.* 8.

Accuratius in hoc studio versatus est, sæpius nobis laudatus lingvæ nostræ Vindex, JUSTUS GEORG. SCHOTTELIUS, qui Operis sui, libri Vti, Tractatum tertium inseruit, de *Proverbiis, Proverbialibusq; locutionibus Germanicis*, ubi hanc rem, multis aliis, quos longâ serie enumerat *n. 18. p. 1111.* tentatam feliciter absolvit; continetur autem *â p. 1110. ad p. 1147.* quanquam justum Proverbiorum ejusmodi opus, cum sufficienti explicatione adhuc Ipse desideret.

His accensebimus etiam Apophtegmata, quorum collectione cum ex græcis latinisque Auctoribus nomen celebrius fecere CONRADUS LYCOSTHENES & DESIDERIUS ERASMUS: Idem obtinuit JULIUS WILHELMUS
199. ZINCKGRAFF/ J. U. D. qui dum Germanorum ingeniosa verba edidit, maximam merito apud omnes observatum decus gratiam iniit. Prodiit liber ejusdem, partibus duabus divisus *Amsterod. 1653. 12. h. t.* Der deutschen scharffsinnige kluge Sprüche/ &c. Notatu digna sunt verba Ipsius, quibus Præfationem operis hujus claudit: Ich wil mich begnügen/ wenn ja der alten Tugend und auff uns geerbte Freyheit verloschen seyn solte/ daß ich deroselben vernünfftige Worte und denckwürdige Reden noch erhalten. Tertiam his addidit partem JOHANNES LEONHARDUS
200. WEIDNERUS, quæ simul excusa est anno eodem: Reliquæ vero prodière Anno 1655. quanquam multa, quæ ad Apophtegmata proprie non spectent, admiscuerit.

Priusquam vero ab hac Lingvâ nostra penitus recedam, oculos in Ipsius Augustam Majestatem reflectere juvat quam lustrandam nobis præbet, Patriæ Bono publico natus, Vir Nobilissimus & Consultissimus Dn. AHASVERUS FRIT-
201. SCHIUS, *Consiliarius Rudolphipol. gravissimus, &c. Excercitatione*, de Jure Idiomatis in Imperio Romano-Germanico cum primis recepto: quæ prodiit *Jenæ 1673. 4.* Hæc igitur, ut cum Sacratissimo Imperio, illustrior semper vigeat floreatque, veteresque & olim sibi notos terminos felicissimé excedat, pié pariter & debité precor.

Sectio VI.

De Germanicorum Corporum habitu, itemque de Fortitudine eorundem, atque Militiâ.

CORpore pariter animoque insignes magnosque fuisse Germanos ex antiquis qui eorum mentionem faciunt, uno fere ore asserunt: Ita enim de iis C. TACITUS, de M. G. IV. 2. *Habitus corporum in tanto hominum numero idem omnibus; truces & cærulei oculi, rutilæ comæ,* magna corpora, *& tantum ad impetum valida, & Agric.* XI, 2. ubi de Britannis agit, *nam,* inquit, *rutilæ Calidoniam habitantium comæ, magni artus, Germanicam originem asseverant.* Item & alii affirmant: HERODIANUS Lib. VI. *Sagittariis* Germanorum corpora immensa *patentibus*: FLORUS III. 10. 2. *Immanissimi gentium Galli & Germani*: MELA III. 3. *Immanes sunt, animis atq; corporibus.* Quæ sanè ad incredibilem audaciam animorum, tum ad ingentem corporum magnitudinem referenda esse censuêre, RUPERTI ad cit. *Flori* locum, p. 508. MARQ. FREHERUS *in Notis ad P. de Andlo, l. 1. c. 15, p. m.* 144. aliique ab eo allegati. Cum vero eandem omnibus proceritatem haud obscurè tribuat Tacitus, inque eo consentiens cum ipso JUVENALIS qui Germanis omnibus cœruleos oculos flavamque cæsariem assignat, *Satyrâ XIII. lib. V. v.* 164.

Cœrula quis stupuit Germani lumina, flavam
Cæsariem, & madido torquentem cornua cirro?
Nempe quod hæc illis natura est omnibus una.

Mirari meritò quis posset, unde jam inter Germanos, non tantum quod proceritatem corporis, sed etiam oculorum capillorumque colorem concernit, varietas? Doctisime sane hæcce dubia, uti omnia alia resolvit Magn. HERMAN-
202. NUS CONRINGIUS *Libro singulari, de* Habitus Germanicorum Corporum antiqui & novi *causis*, tertio auctiusque edito *Helmstadii Anno* 1666. 8.

Sed ut à corporibus ad animos transeamus, quid illis ad bella acrius fuit? Satis probare possunt Frisiorum legati, qui Romæ in Theatro Pompeji, maxima populi multitudine palam exclamarunt: NULLUM MORTALIUM ARMIS AUT FIDE ANTE GERMANOS ESSE. interque Patres sedem sibi sumserunt: *quod comiter à visentibus acceptum, eosq; à Nerone civitate donatos* TACITUS, *Annal.* XIII. 54. 5. tradit: At si hoc veluti domesticum suspectum videatur testimonium, exceptione majus erit, quod ab hostibus Romanis veritas extorsit. Ita enim de iis *Seneca, lib.* I. *de Irâ c.* 11. *Germanis quid animosius? quid ad incursum acrius, quid armorum cupidius, quibus invascuntur, innutriunturq;, quorum unica illis cura est, in alia negligentibus? &c.* Neque eruditos latent CÆSARIS, & TACITI præsertim, *de Moribus Germanorum*, c. 13. 14. & 37. aliorumque testimonia, quæ congerit CLUVERIUS, *Germaniæ Ant.* l. 1. c. 45. Hinc ipsis etiam Romanis formidabiles, qui nec bello eos impune lacessivere, cum libertatis suæ semper defensores fuerint acerrimi, nec unquam in provinciam redacta sit Germania; quin potius Orbis terrarum Domina majestate suâ haud inferius esse rata est fœdera cum ipsis inire, Fratresque & amicos sibi Germanos adjungere, imò pacem & amicitiam ab illis pecuniâ mercari, ut passim historicorum docent monumenta
203. Pluribus hæc exposuit peculiari libello, HENRICUS BEBELIUS *de Laude, Antiquitate, Imperio, Victoriis rebusq; gestis Veterum Germanorum*, apud *Schardium*
204. To. I. *Rer. Germ.* à p. 117.—136. Quò etiam accedet PHILIPPI GRUTHERI à DIDERIXLANT, *de priscâ Virtute Batavorum Oratio, habita & impressa Lugd. Batav.* Anno 1618. fol. Militiæ vero rationem atque arma Germanorum veterum noscere qui desideret, adire poterit, quæ post *Cæsarem atq; Tacitum Ann.* II. 31. *& 35. de M. G. c.* 6. scripsere CLUVERIUS, *Germ. Ant.* l. 1. c. itemque

Magnificus Dn. JOHANNES STRAVCHIVS, Germaniæ nostræ Papinianus
205. *Disputatione III. ad Tacitum de Germanorum Armis, eorumq; ad Remp. usu. exc. Lips.*
1651. 4. Neque sane minor Germanorum hodie virtus est, aut fortitudo re-
missior, si modo animis ita sociari possent, quos nominis aut lingvæ jam olim
conjunxerat commercium, Nam quod olim callidissimus Tiberius putaverat, *in-
ternis discordiis, quando Romanæ ultioni consultum esset, gentes illas relinquendas
esse, Tac.* Ann. II. 26. ejusque consilio utens Drusus *haud leve decus quæsivit illi-
ciens Romanos ad discordias: lib. eod.* c. 62. illud subinde bellicosissimæ genti sub-
sequentibus temporibus contigit, ut variis Adversariorum artibus, in suam ipsa
perniciem armata, mutuis vulneribus attereretur: Ita Carolus V. Imperator, non
aliter atque viribus Germanorum divisis, Germanicum robur, contrario Germa-
norum robore frangendum censuit. uti ex *Thuani lib. 2. Hist.* refert REINKING
de Regimine seculari & ecclesiastico L. 1. cl. 2. c. 10. quo de dissensionibus, diffiden-
tiâ, & intestinis ordinum Imperii odiis, tertiâ sc. causâ diminuendi Imperii agit.
n. 19. Verum, quod Dei beneficio meritò acceptum ferendum, ne sic quidem Ger-
manorum vires accisæ atque fractæ sunt: Invictissimi argumenti instar sit, utar
verbis Nobilissimi atque Excellentissimi Dni. SEBAST. RAMSPEKII, *Polit. &
Eloqv. P. P. celeberrimi* Fautoris mei maximè venerandi, *Exercitationis* eruditissi-
206. mæ ac politissimæ, *De* Magnis Imperiis, *Heidelb. Anno* 1661 *habitæ & recu-
sæ Francof. ad Oderam.* 4. membro 1. p. 35. *magnum illud & multiplex, & supra
quam dici potest exitiabile bellum, quo nuper defuncti sumus. Quod nec civile tan-
tum aut sociale appellaveris, neq; externum etiam, sed quoddam commune ex o-
mnibus & plusquam Bellum. Quo non Germaniâ in Europâ magis, quam in Germa-
niâ Europa certavit, incertum pro eâ an contra eam: sed si in fatis fuit quodammo-
do, ut robustissima fortissimaq; orbis terrarum pars, in unum bellum, ut experire-
tur vires suas concurreret, dicendum propemodum est, ferali huic scenæ non debuisse
theatrum aliud statui, quam bellicosissima omnium quod natio daret. Hoc exitu
tamen, ut quanto sors nostra hoc statu rerum acerbior esset atq; tristior, tantò illu-
strior existeret gloria; cum nulla gens alia hic gesserit partes, aut quicquam magni-
ficum ac laude egerit dignum, quæ nostris ad id non manibus tantum ac opibus, verum
consiliis etiam fuerit usa: quo superata in partibus Germaniæ decus non nisi ipsos Ger-
manos maneret, iidemq; & victi sui victores existerent. Quod in futuris Annalibus
cum legent posteri, miserabuntur illi fortassis atrocitatem fati nostri; sed magis ad-
mirabuntur virtutem, mereri confessi Terrarum Orbis Imperium invictum populum,
qui Principatum Europæ & tenuisset jam olim, & denuo sibi, in semetipso quamvis,
asseruisset.*

DE HEROIBUS GERMANIS.

INjuriam sane in Germaniæ nostræ Heroas celeberrimos committerem, si de for-
titudine gentis jam agens, communi gloriæ tacitus eos involvere vellem. Cum
enim populi fere omnes, præ aliis nonnullos ex suis deprædicent, qui manu
promti, exercitique militiâ, patriæ fines aut protulerunt, aut ab hostium injuriis
& incursationibus strenui defenderunt, quidni Germania etiam, tot bellicosissi-
marum nationum alma parens ejusmodi nominibus superbiat? quamvis quidem
ampliorem multò numerum ostentare posset, nisi ex Majoribus nostris *optimus
quisq;*, (ut ait *Sallustius Catil. c. 8.*) *facere quam dicere, sua ab aliis benefacta lau-
dari quam ipse aliorum narrare maluisset.* Penitus sane de gloriâ tot facinorum
actum fuisset, si quod sæpe dictum, hostium testimoniis, id non evenisset, ut
ab oblivione vindicarentur. Quis enim Ariovisti, Ingviomeri, Arminiive,
ut ex pluribus paucos adducam vel nomina nosset si J. CÆSARIS, VELL. PA-
TERCVLI & C. TACITI, *Vindicis Antiquitatum nostrarum optimi*, historicis
monumentis defecti essemus? Et ut præcipuè de horum ultimo agamus (parum
enim solidioris gloriæ expectandum hac in causâ erit ex vetusto de Heroibus libro
207. germanico, qui sub Tit. Heldenbuch sæpius in Germaniâ excusus, postremo
auctior

auctior & figuris illustratus *Francof.* 1580. prodiit) quam magnifico ipsum elogio
decoravit, *prudentissimus Rerum Personarumq; Censor, modo laudatus* TACITUS
Ann. II. 88.

Liberator haud dubiè Germaniæ, & qui non primordia
populi Romani, sicut alii Reges Ducesque, sed florentissimum
Imperium lacessierit: præliis ambiguus, bello non victus: Verum,
cum *Græcorum Annalibus ignotum* esse porro scribat, qui sua tantum mirantur,
quid de Germanis Ipse dixisset, si Illius memoriam negligentes omisissent? *Cani-
tur*, inquit *apud barbaras gentes*, imo cultioribus temporibus, non ab uno Au-
ctore illustria ejus facinora deprædicata sunt, quæ peculiaribus libellis in amplis-
simo Germaniæ Theatro exhibentur: Nomen hic cujus primò locum mereatur
208. est, GEORGIUS SPALATINUS, qui Historiam hujus contra Romanos Ducis, ex
fide dignis Historicis ante aliquot annos populari lingvâ conscripsit, quam postea
latinam reddidit PETRUS KENLERUS. Legitur hæc apud Schardium To. I.
Rerum German. â p. 259. —298.

209. Spectat huc etiam ULRICI HUTTENI *Equitis Franci*, qui â D. Maximilia-
no I. cui in bello contra Venetos strenuam Operam præstiterat, ut Poëta lauro,
& Eques auro coronatus fuit, (de quo plura apud J. BOISSARDUM. *Iconum Viro-
rum Illustrium Parte II. n. 3. p. 33.*) Dialogus elegantissimus, quem Arminius
inscripsit: qui itidem legitur apud eundem *Schardium* To. *cit.* p. 214. Nec mi-
nus etiam nostris temporibus, ne dignissimis laudibus tantus Heros fraudaretur,
laboratum est: Accepimus enim ex *Endterorum Officinâ, Norinbergâ.* Den deut-
210. schen Helden Arminium: *Johannis Henr.* Hagelgans. in 12. Stititque eundem
in Illustris Germaniæ Universitatis Wittebergæ Cathedrâ, *Excellent.* CONRA-
211. DUS SAMUEL SCHURTZFLEISCH. *Histor.* ibid. *P. P. celeberr.* Anno 1670.
Ex iis vero qui fortissimis Ejus factis Opera sua illustrarunt, hic potissimum no-
minabimus JOH. LUDOVICUM GOTFRIDUM, qui in *Chronicis* suis Oder Be-
schreibung der fürnehmsten Geschichten &c. part. 4. pag. 101. Varianam cladem ab
Arminio illatam prolixè descripsit; quod idem fecêre JOHANNES PIDERITI-
US, part. 2. der Chronika / von der Graffschafft Lippe / p. 157. & seqq. CYRIA-
CUS Spangenberg. part. 1. der Mansfeldischen Chron. cap. *30.* p. 23. & novissimè
in *Oratore historico Norinb.* 1663. 12. *excuso* huic Cheruscorum Principi pecullia-
212. rem Orationem dicavit CHRISTOPHORUS ADAMUS RUPERTI; Professor
quondam Altorffinus: quæ habetur p. 829. & seqq.

Uti vero Arminius, fundamenta Monarchiæ Romanæ, quæ vix jecerat
Augustus, quantum in ipso erat, saltem quod Germaniam concutiebat, sic fato
fere quodam evenit, ut cum eadem vires sub Carolo Magno qui ad Germanos
eam transtulit, colligere rursus videretur, ejusdem progressibus se objiceret WI-
TICHINDUS, Saxoniæ sive Rex sive Dux (utroque enim ab Auctoribus titulo in-
signitur) Qvantum hic negotii facessiverit tot Gentium Triumphatori Carolo,
bello illo Saxonico, quod vix post triginta annorum variam fortunam compositum
est, cum potius Christo, quam Carolo vincendi haud rudes manus porrigeret
VVitichindus, prolixè describunt Adamus Bremensis, Helmoldus,
Albertus Stadensis, Urspergensis Abbas, & alii illorum temporum hi-
storici, parte secunda enarrandi. Peculiari ipsum Disputatione, exhibuit in In-
clytâ Argentoratensium Academiâ *Professor quondam Historiarum celeberrimus*
213. JOH. HENRICUS BOECLERUS, *Vir sane, si ullus suo tempore Rerum nostra-
rum peritissimus*, quæ habita est ib. Anno. 1671. Idem fere ante ipsum quoque
fecerat *Germanarum Antiquitatum diligentissimus Investigator* REINERUS REI-
214. NECCIUS, *Prof. quondam Helmstad.* qui de VVitichindo Magno Epistolas
duas, itemque appendicem de Angrivariâ, Angariâ oppido, & ibidem Witichindi
215. Monumento conscripsit; quæ JOHANNES GOES, cum animadversionibus in

posteriorem Commentatiunculam, inter *Opuscula variâ de Westphaliâ p.* 193. *seq.*
it. 228. & seqq. edidit. quibus etiam adjungi possunt, quæ de Saxonico hoc He-
216. roe congessit Dn. JOHANNES JUSTUS WINCKELMANNUS; *Consiliarius & Historicus Hassiacus & Oldenburgicus*, in *Notitiâ Historico-politicâ veteris Saxo-Westphaliæ.* c. 9. & 10. p. 186. & seqq. cum antea etiam de Arminio fusius egerat c 8. pag. 154. & seqq. *Impr. est Oldenburgi* 1664.

Ne vero idem nobis, quod *Tacitus* Romanis suis exprobavit, objici queat, Annal. II. 88. 5. *dum vetera extollimus, recentium incuriosi*, propinquarum & nobis temporum viros fortes, scriptis celebrare nonnulli, memoriamque ipsorum ab oblivione vindicare laborarunt: GEORGII enim & CASPARIS, Patris & Filii, â Frundsberg / Dominorum in Mundelheim / quorum prior MAXIMILIANI I. alter vero, CAROLI V. auspiciis militarunt, fortissima facinora, præsertim in
217. Italiâ patrata, peculiari Volumine, libb. 8. descripsit ADAMUS REISNERUS, ocularis ipse testis, uti de se, in Dedicatione asserit; quod prodiit, *Francof. ad Mœnum*, 1568. *fol.* Æternæ vero memoriæ, non Horum tantum sed & aliorum quamplurium è Germanorum gente strenuissimorum Ducum Sebastiani Schertelii, Udalrici â Schellenberg, Lazari Schvvendii, Christo-
18. phori Baronis â Teuffenbach &c. sacrum est elegantissimum & magnificum Opus illud, quod inscribitur: *Augustissimorum Imperatorum Serenissimorum Regum atq; ArchiDucum, Illustrissimorum Principum, nec non Comitum, Baronum Nobilium, aliorumq; clarissimorum Virorum, qui aut Ipsi cum Imperio Bellorum Duces fuerunt, aut in iisdem Præfecturis insignioribus laudabiliter functi sunt,* verissimæ Imagines, & Rerum ab Ipsis domi forisque gestarum succinctæ descriptiones. *Quorum arma aut integra, aut horum partes, quibus induti usq; adversus hostem heroica facinora patrarunt, a. quorum auspiciis, tam prosperâ quam adversa fortunâ res magnæ gestæ sunt: â Serenissimo Principe FERDINANDO ArchiD. Austriæ &c. ex omnibus fere Orbis Terrarum Provinciis partim conquisita, partim ab illorum heredibus & successoribus transmissa, in celebri Ambrosianæ arcis armamentario â sua Serenitate, non procul á civitate Oenipontanâ, extructo, conspiciuntur: Opus Prælibati Serenissimi ArchiDucis jussu in vitâ inchoatum, & ab Ejusdem Serenitatis Consiliario & Secretario* JACOBO SCHRENCKIO â Notringen *continuatum & absolutum. Exc. Oeniponti* 1610. fol. maj.

Nostri seculi qui é Germanis fortitudinis laude, rerumque in bello egregié gestarum gloriâ præcellentes Duces Heroasque scire desideret, vastum opus Theatri Europæi, aliorumque historica monumenta adire poterit, quorum Catalogum cum Parti secundæ D. V. reservavimus, hoc jam loco prætermittimus. Nec dubium est fore & imposterum Elogiis eorum deprædicandis decora ingenia, qui pro Germaniâ nostrâ intrepido animo, promtissimis manibus, Armis hodienum dimicant; quæ uti in causa justissimâ pro Patriæ incolumitate sumta, si præsertim sociatis tractentur viribus, victricia felicissimaque semper precor, imo auguror.

Sectio VII.

De Germaniæ Libertate, Imperio, Dignitatibus atque Nobilitate.

Bellicosissimi Majores nostri Germani, uti *Tacito* teste de M. G. c. II. I. *indigenæ, minimeq; aliarum gentium adventibus aut hospitiis mixti*; ita nulli labori, neque sangvini suo perpecerunt, ut aliorum Imperium â cervicibus suis prohiberent, atque avitam & ante omnes carissimam sibi Libertatem retinerent. Qvamvis enim negari non posit, Romanos olim aliquam Germaniæ

niæ partem tenuisse, quam tamen artibus magis & Germanorum armis, quam sua
virtute occuparunt, tantum tamen abest, eos genti universæ dominatos fuisse, ut
potius disertè *Tacitus* scribat, lib. cit. c. 37. *Germani triumphati magis quam victi
sunt:* Imo Rhenum Imperii Romani terminum fuisse, ex *Ambrosio, Josepho, Eu-
tropio, Seneca, Tacito, Panegyricis, Constantino & Maximiano &c. dictis aliisq;*
prolixè demonstrat HENRICVS BEBELIVS, *de Laude, Antiquitate, &c. veterum
Germanorum:* quem si adversus creberrimas illorum in Gallias excursiones defen-
derent, facile acquiesce·ant: Verum non adeò felices semper fuere Romani,
quin etiam trans Alpes & fluvios patrios, Rhenum atque Danubium, Romanorum
provincias occupaverint Germani, & devastarint, imò eos omnino tandem Im-
perio exuerint. Unde mirari sane licet, quid Gallis in mentem veniat (Genti non
ex reliquiis Ilii, ut quamplurimis Auctoribus, cætera non malis, simplex impo-
suit credulitas, sed è Germaniæ gremio oriundæ, uti hoc accurate ostendit, JOH.
ISACIVS PONTANVS, Opere, quod de Originibus Francicis scripsit, libro
præsertim secundo & sequentibus) quod Jus sibi & Imperium in Germaniam tri-
buere non erubescant: Opposuit se illorum assertis quondam HIERONYMVS
219. GEBVILERIVS, Libello quem insignivit, Libertas Germaniæ, *quâ Germa-
nos Gallis, neminem vero Gallum à Christiano natali, Germanis imperasse, certissi-
mis clasficorum scriptorum testimoniis probatur.* Itemque *Nantvates, Helvetios,
Rauracos, Tribotes seu Alsatas, Nemetes, Vangiones, Moguntiacos ac Ubios, non
Gallos, sed verè Germanos esse,* apud Schardium To. 1. p. 219. & seqq. nec non
CONRADVS PEUTINGERVS, *Sermonibus de Germania.* p. 207. Hanc cramben
cum superioribus annis recoxisset Dn. AUBERY, *Regis Galliarum Consiliarius &
Advocatus Parlamenti Parisiensis,* & Regis sui Prætensiones super Imperium & præ-
rogativas ejusdem publico scripto jactasset, majori fervore hisce obviam itum est,
220. & contra prodiere inter alia Clar. M. HENRICI KIPPINGII, *Notæ & Animadver-
siones in Axiomata politica Gallicana, quæ Dn. Aubery, evulgavit: Bremæ. 1668. 12.*
221. NICOLAI MARTINI *Libertas Aquilæ triumphans,* seu de Jure, quod in Imperi-
um Regi Galliarum nullum competit, Schediasma, nuperis Auberii impugnati-
onibus oppositum. *Francof. 1668.* 12. & paulo post Anno 1669. Anonymi cu-
222. jusdam qui sub his literis latet L. D. M. C. S. D. S. E. D. M. Libellus, 12. L'Avo-
cat condemnê *& Les Parties mises hors de Procez par Arrest du Parnasse, Ou
La France & l' Allemagne égalemeut defendues, par la solide Refutation du Traité,
que le Sieur Aubery a fait des Pretensions du Roy sur l'Empire.*

DE IMPERIO ROMANO GERMANICO ITEMQVE REGNIS AUSTRIÆ ET ARELATENSI.

De S. Imperii Romani appellatione, Statu & Translatione ejus ad Germanos.

QVantum Germaniæ nostræ insuper Dignitatis exinde quoque accesserit, quod summi per Terrarum Orbem Imperii Majestas in Ipsâ consederit, malim sane exterorum quam meis verbis exponere; Ita enim ex Gallis, in decus Germanicum alias iniquioribus JOHANNES BARCLAIVS *Icone Animorum, c. 5.* quo de Germania agit, p. m. 60. *edit. Francof. 1605. 8.*

223. Sed nihil, ait, in ea Gente magnificentius, quam quod nomen summi Imperii Aquilamque sibi habet, tanquam Roma Germaniæ vicerit: Et provinciarum ultima, quæ Italico jugo accessit, jam sit sola, in qua Nomen atque reliquiæ Fortunæ Romanæ acquieverint: Tanti nominis sancta Majestas, nullâ sociorum Principum æmulatione corrumpitur, Regesque quan-

quàm viribus, sæpe majores sponte Imperatorio culmini concedunt; Qvibus & addi possunt, quæ scribit *Bodinus, de Rep. lib. 1. c. 9. f. m. 124. & seqq. edit. Paris. 1586. fol.*

Hujus ergo Majestatem splendoremque plures venerati, varios libros, ex
quibus de Conditione ejus & statu, de Administratione, Juribus aliisque hauriri pos-
sit cognitio, variis sub titulis ediderunt: & quidem angustis alii cancellis labores
suos incluserunt, alii vero per ampliora Volumina hæcce digesserunt: Inter eos
ergo qui minora scripserunt Systemata, nomen inveniunt, qui primus de hisce scri-
bere cœpit, PETRVS de ANDLO, Alsatus, Decretorum Doctor, & Columbariensis
224. Ecclesiæ Canonicus, *libris duobus de Imperio Romano-Germanico*; quos cum notis
amplissimis edidit ad exemplar Argentinense MARQ. FREHERVS. *Impr. Norin-*
225. *bergæ.* 1687. 4. DANIEL OTTO, *Dissertatione Juridico-Politicâ, de Jure publico*
Imperii Romani, cum notis JOH. LIMNÆI. *ed. Witteb.* 1658. *8.* in quâ tamen eru-
226. diti multum desiderarunt: BECKERVS *Compendio Juris publici in Imperio Roma-*
227. *no-germanico: Colon.* 1640. *& 1648. 12.* CHRISTOPH. BESOLDVS *Tractatu post-*
228. *humo Juris Publici, Ingolst. 1646. 12.* G. BRAUDLACHT *Epitome Jurisprudentiæ,*
229. *Schleus.* 1636. *& Jenæ, 1671. 12.* JOH. THEODORVS SPRENGERVS, *Synopsi Ju-*
ris publici: Francof. 1652. 12. Itemque opusculis quatuor: *Lucernâ moderni Status*
230. *S. Rom. Imperii: Perspicillo Orbis Christiani: Fontibus Juris publici Romano-germa-*
nici: Ellychniis, ad melius lumen lucernæ Imperii accensis; quæ post editionem Fran-
231. *cof. excusa sunt* 1654. 12. PHILIPPVS AUTHÆVS, Tractatu, *De Jure-publico in*
232. *Imperio, Rom. German. Francof.* 1673. 12. quo etiam spectant QVIRINI CVBA-
233. CHII. *Jurisprudentia Germano-publica, Erfurti 1617.* 12. ANTONII COLERI *me-*
thodica Tractatio de Jure Imperii Germanici, quam denuo edidit HENRICVS
234. HAHNIVS JC. & Antec. in Acad. Juliâ primarius. *Helmstadii 1669. 4. Dissertatio*
ad Jus publicum, Generosissimi Domini, JOHANNIS PHILIPPI GREIFFEN-
KLAU/Baronis de Vollrahts/ quam, sub Præsidio Viri Excell. JOHANNIS MAU-
RITII GUDENI, Juris tam publici, quam privati Consultissimi, atque Prof. P.
Facultatis Juridicæ, Judicii Electoralis Moguntini & Præfecturæ Assessoris gra-
vissimi, Patroni & Fautoris mei honoratissimi *publicæ Disputationi*, hic Erfurti sub-
235. jecit, Anno 1673. Et tandem Magnifici JACOBI LAMPADII, Liber *de Rep. Ro-*
236. *mano-Germanicâ, cum Annotatis* HERMANNI CONRINGII, ad partes priores du-
237. as, & tertiæ capita septem. *Helmst.* 1671. 4. JOACHIMI CLUTEN *De Statu Romani*
Imperii, Sylloge Rerum quotidianarum, in Nucleo Juris publici, Discursus Primus
238. Item LOVYS de MAY, Cheval. Sieur de Saletes, Conseiller de S. M. & de
S. A. S. de Wirtemberg. *L'* Estat de l'Empire *reduit en sa perfection*; divisè
en deux parties, dont l'une contient, *en huit Dialogues, tous les notables change-*
mens, avenus à la dignitè Imperiale, à l' Estat ecclesiastique, aux maisons, qui ont por-
tè la Couronne, & a toutes les autres illustres d' Allemagne, leur Origine, leur pou-
voir, leurs privileges, leur alliances, & le rang, qv' elles ont tenu aux Assemblees, de-
puis le temps de Charlemagne, jusqves à la fin de l' an. 1664. L'autre partie contient,
en quatre Dialogves, le siege des Muses, & de la Justice, les Assemblees generales, &
particalieres, les Loix fondamentales, le Commencement, les progrez, & la fin de la
derniere gverre civile, & d' Allemagne, l' Election de l' Empereur LEOPOLD, *les Ce-*
remonies de son sacré & l' abbregè de l' histoire de Hongrie continué jusq. à la fin de l' an.
1664. du l' on voit les causes de la gverre du Turc. à Geneve chez H. Widerhold 1674. 12.
239. Mediocria concinnarunt Systemata TOBIAS PAURMEISTERUS, (de quo vide
240. *Boissardum Effig. Cent. 2. n. 18.) de Jurisdictione Imperii Romani Francof. 1616. 4.*
241. SPRENGERVS, *Jurisprudentiâ Publicâ*, Francof. 1659. 4. THEODORVS
REINKINGIVS, JC. & R. M. Daniæ & Norwegiæ &c. Consiliarius &c. *de Regi-*
242. *mine Seculari & Ecclesiastico, Francof. 1651. 8. maj.* HERMANNVS HERMES,
Archiepiscopi & S. R. I. Principis Salisburgensis Consiliarii, *Fasciculo Juris publi-*
ci, ex Labyrintho Canonico, legali, feudali, & S. R. I. Viridariis collecto, aucto recuso,
243. *Salisburgi, 1674. 4.* Majora vero volumina ex celebrioribus sunt DOMINICI
ARUMÆI *Discursuum Academicorum de Jure publico Tomi. V. ed. Jena 1621,*

SINOLT,

244. SINOLT, SCHVTZII *Collegium Jurispublici*, & quod fere omnium instar erit
245. JOHANNIS LIMNÆI *Jus publicum, cum Additionibus* pluribus, quod *Argento-*
246. *rati, variis annis prodiit in 4.* & à PHILIPPO ANDREA OLDENBVRGERO
paucos ante annos *enucleatum*, editum est *Norinbergæ*: 1672. fol.
247. Plerisque horum velut Indicem subjiciemus sæpius laudati JOHANNIS
HENRICI BOECLERI *Notitiam S. R. Imperii*, quam complures per annos in u-
sum Academicæ Institutionis privatim propositam, typis publicis demum edidit
Anno 1670. *Argentor.* 4. quo etiam referimus doctissimi Dn. JACOBI THOMA-
SII, Academiæ Patriæ Lipsiensis Prof. P. celeberrimi, *Doctrinam Imperii Romano*
Germanici hodierni, in usum incipientium Tabulis comprehensam. Aliam rationem
inierunt alii, Bono publico industriâ suâ profuturi, dum vel aliorum Auctorum,
qui in singulis argumentis versati sunt, scripta collegerunt, cujus specimen edi-
dit, qui Nucleum Juris publici congessit; *excusum Giessæ.* 1621. 4.
248. itemque Dn. AHASVERVS FRITSCHIVS, qui Juris publici quamplures Exerci-
tationes partibus tribus comprehensas edidit, *Rudolstadii*, 1667. *& seqq. in 4.* vel
subsidiariam Nobilissimo huic studio Operam impenderunt, quæ Lexicorum
249. nomine usuque merito haberi poterit, quo in censu sunt, PAULI MATTHIÆ
250. WEHNERI *Observationes Practicæ* novissimè editæ *Francof.* 1661. 4. CHRISTO-
PHORI BESOLDI *Thesaurus Practicus*: *cum additionibus* DIELHERRI *Norinb.* 1666.
251. *fol.* JOH. IACOBI SPEIDELII *Selecta Notabilia Juridico-historico-politica*, edita An-
252. no 1635. quibus demum addendum erit modo laudati Dni. FRITSCHII *Supple-*
mentum Speidelio-Besoldianum Jenæ 1674. 4. His ergo enumeratis, ex quibus Juris
publici, quod integris Systematibus comprehensum est, non verò Imperii in univer-
sum Notitia acquiri poterit, (diligenter enim hæc distingvenda esse, monent Dn.
CONRINGIVS sub initium *Annotatorum ad Lampadium*, & BOECLERUS, *No-*
titiæ, c. 4. p. m. 9.) ad SACRVM ROMANVM IMPERIVM nos convertimus: de
253. cujus appellationis ratione & justitiâ adeundus est, idem BOECLERVS *Disserta-*
tione huic rei peculiari, quam Anno 1623. scripsit, & Notitiæ modo memoratæ
subjunxit, p. 233. ubi non modo solidissimè eam demonstravit, verum etiam ab ini-
quissimis DAVIDIS BLONDELLI, Viri alias doctissimi, sed obnoxii, & gentis suæ
gloriæ nimium indulgentis, cavillationibus, masculè defendit:
254. De Translatione verò Imperii videri possunt ea quæ tractavêre LUPOLDVS
DE BEBENBURG, Moguntinensis, Herbipolensis, Babenbergensis Ecclesiarum
Canonicus, Doctor Decretorum & tandem Episcopus Babenbergensis, sub ini-
tium Tractatus *de Juribus Regni & Imperii Romanorum*: *excusi cum Notis posthumis*
255. MARQVARDI FREHERI, *Argentor.* 1624. 4. HENNINGVS ARNISÆVS
Halberst. inter Politicos suo tempore doctissimus, qui *Commentationi Politicæ,*
De Auctoritate Principum in Populum semper inviolabili, Caput VII. & ultimum hu-
256. ic Translationis materiæ insumsit: *Ed. Francof.* 1612. 4. FRANCISCVS ZOAN-
NETTVS JC. Tractatu *de Romano Imperio*, maxime n. 242. & seqq. pap. 21. in-
ter opuscula ejus, excusa *Marpurgi* 1600. 4. Cumprimis qui peculiarem de ea li-
257. brum conscripsit, MATTHIAS FLACIVS ILLYRICVS, & Imperatori Maximi-
liano II. & reliquis S. R. I. Ordinibus dedicavit, cui etiam prædictus *Lupoldi Ba-*
benbergensis Tractatus annexus est: Impressus apud *Petrum Pernam* 1666. 8.
Opposuit seipsi quidem Cardin BELLARMINUS, adversus quem vero, pro FLA-
CIO stylum FRANCISCVS JVNIVS eruditis notulis, censente ipso *Bœclero*,
expedivit.

Cum vero Sacri Imperii varia variis temporibus facies fuerit, Finibusque
modo amplioribus protensum, modo angustioribus coërcitum, quantum ad
horum, Jurisque, Imperio Romano in alia, quæ Jurisdictionem ejus non omni
modo hodie agnoscunt, competentis, Notitiam facient luculentissimè exposuit
258. Ingens Germaniæ Decus, HERMANNVS CONRINGIVS Libris duobus Nobilis-
simis, quorum alterum inscripsit De Finibus Imperii Germanici, quo Ju-
ra Finium â primo Imperii exordio ad hæc nostra usque tempora propugnantur,
qui primo Helmstadii 1654. 4 *prodiit*, postea cum nulla ejus amplius haberi posset

259. copia, ab OLDENBVRGERO, *Limnæo enucleata* additus est, & tandem superiori anno, Lugd., [uti præ se fert titulus] recusus in 8. Alterum de Germanorum Imperio Romano, qui itidem primo *Helmstadii* separatim in 4. excusus, postea vero cum libro *de Finibus Imperii* jamjam laudato junctim impressus prodiit.

Majestatem vero Imperii Romano-Germanici, & Præstantiam qui fusius
260. cognoscere velit, adire poterit MELCHIORIS GOLDASTI Opus Monarchiæ Romanæ, inscriptum, *Tractatus Utriusq; Jurisdictionis, Imperialis & Regiæ, ac Spiritualis & Pontificiæ Distinctionem, Regnorum Italiæ Germaniæ Galliæ-Divisionem, Translationem ac Romanorum Imperatorum Jura, Privilegia, Jurisdictionem, Potestatem, ut & Originem Progressum ac Præstantiam Monarchiæ Romano-Germanicæ continentes. Impressum Francof.* 1621. *fol. tribus voluminibus.*

De Austrasiæ & Arelatensi Regnis.

AUstrasiæ Regnum, quod Lotharingiæ nomen â Lothario Imperatore postea accepit, sæpius in monumentis Historiæ Germanicæ occurrit, ut ejus Notitiâ carere nullatenus ille poterit, qui in Historiâ patriâ cum fructu versari desiderat: Cum vero neminem peculiari de hoc Libro vel Dissertatione tractare memini, pauca quæ ad eum finem spectent, adducere placet. Videri ergo præter alios po-
261. terit AUBERTUS MIRÆVS, *Annal. Belgicorum Anacephalæosi*, p. m. 828. *edit:*
262. *Bruxellensis* 1624. 8. IOH. IS. PONTANVS; *Originum Francicarum l.* 5. *c.* 7. p.
263. m. 381. & seq. IOH. BOCHVS in Delineatione Belgii, præmissâ *Descriptioni publicæ gratulationis Spectaculorum & ludorum in adventu Serenissimi Principis Ernesti ArchiDucis Austriæ, Antwerpiæ & alibi editorum, Antw.* 1594. *fol.* Dn. HERMANNVS CONRINGIVS *de Finibus* c. 26. p. 681. & seq. edit. *Helmstad.*

De Arelatensi vero Regno, sub Præsidio Viri summi Dn. IOH. STRAUCHII Disputationem peculiarem elaboratissimam superiori Anno in celeberrimâ Ienensium Academiâ publicè proposuit, Stemmate pariter ac Eruditione Nobiliss.
264. PHILIPPUS HENRICUS â Gottfahrt / *Equ. Thur.* Fautorque meus suspiciendus, è qua & alia, Auctorum loca, THVANI, Dn. CONRINGI, LIMNÆI, BURGOLDENSIS, &c. peti poterunt, quæ jam hic recensere otiosum foret:

De S. R. Imp. Potestatibus, Statibus & Membris, &c.

QVemadmodû olim variæ in Romana Republ. potestates, earumq; Jurisdictiones & munia, de quibus Andreas Dominicus Floccus, *Florent.*: Pomponius Lætus, Raphaël Volaterranus, J. Lipsius, Janus Gvilhelmus, Georgius Vauchopius, quos uno volumine, Titulo ROMANÆ REIP.
265. edidit P. SCRIVERIVS, *Lugd Batav.* 1624. 12. JOHANNES SITHMNANVS, *Speculo Imperii Romani Stetini* 1661. 8. CHRISTOPH. AD. RVPERTI *Animadv. in Pomponii Enchiridion*, exc. *Jenæ* 1661. 12. aliique qui ad Tit. ff. L. 2. de O. J. scripsêre, videri poterunt, variis de ejus Regiminis formâ sententiis occasionem dedêre, ita eædem in Imperio nostro Romano-Germanico, non minus discordium Judiciorum segetem produxerunt: Ut enim THEOD. REINKINGI, pro Monarchiâ pugnantis argumenta hic taceam, longè alia ab ipso sentientes alii deprehenduntur:
266. Nota est HIPPOLYTI â LAPIDE, *Dissertatio de Ratione Status in Imperio Rom. Ger-*
267. *manico, Freyst.* 1647. 12. & recentius SEVERINI DE MONZAMBANO *Veronensis* Lib. *de Statu Germaniæ*, prima vice impr. Genevæ 1667. 12. & quæ post ipsum in
268. publicum edidit JO. VV. RELFENDSO *Eremontanus*, de *Summâ Germanorum Prin-*
268. *cipum potestate*, &c. impr. 1669. 12. Verum cum primo se opposuerit, JOHANNES SLVTERVS *Animadversione in c.* 1. *&c. usq;* 8. *publicata â quodam qui*

Hip-

Hippolitus à Lapide vocari voluit, Dissertationis, de Ratione Status, in quâ subrutis falsis totius Dissertationis fundamentis genuina substituuntur, & verus Imperii status generaliter exprimitur: Impr. Tychopoli. p. 1652. 4. & post ipsum sæpius laud. JO.
270. HENRICVS BOECLERVS *Animadversionibus in Hipp. à Lap. exc. Argent.* 1673. 8.
271. & reliquos Alii, è quibus CHRISTIANVS à TEUTEBVRG. *solidâ Disquisitione*
272. *de formâ Imperii Rom. Germ.* 1668. 12. HVNO ab HVNENFELT. [de quibus alisq; Nominibus, seu potius Nominum involucris aut latibulis, videri potest, VINCENTII PLACII, *de Scriptis atq; Scriptoribus anonymis atq; pseudonymis Syntagma.* *Hamb.* 1674.] aggressi sunt, neque etiam apud eruditos plerosque & Rei nostræ publicæ gnaros applausum novæ ejusmodi opiniones inveniant, merito eas prætermittimus, ad Potestates in Imp. nostro Rom. Germ. nos convertentes: Primo igi-
273. tur h. l. nominabimus, Magnifici quond. HENRICI HAHNII. *Dissertationem de Variis Potestatibus Romani & Germanici Imp.* quæ prima est Volum. II. Exercitati-
274. onum Juris Publ. à Dn. AHASV. FRITSCHIO collectarum atque editar. *Rudolstadii.* 1668. 4. Caput Harum est, Supremus universi Orbis Christiani Magistratus, Imperator Romanus, cujus Fortuna reliquos maxime supereminet: de qua cum tacere, quam paucis dicendo Majestatem tantam atterere, tutius sit, de Ipsa ut & quæ de Imperatoribus Germanis à Carolo M. ad Potentissimum & Invictissimum Imperatorem Modernum LEOPOLDVM, I. P. F. scripta edita sunt, Parte hujus Notitiæ III. D. V. consignabuntur. Ad Status igitur Imperii ut redeam, ad
275. Eorum dignitatem quod spectat, videri poterit Dn. CONRINGII Exercitatio de
276. *Germanici Imperii Civibus*, ventilata *Helmst.* 1641. Itemque Magnifici Dn. ADAMI STRUVII *de Characteribus Statuum S. R. Imperii*, in Volumine III. Exercitationum Juris P. IV. p. 249. Uberius vero, Magnifici Dn. NIC. MYLERI ab EHRENBACH *Archologia Ordinum Imperialium*, seu de Principum & aliorum Statuum Imperii Rom. Germ. priscâ origine. *Tubingæ* 1663. 4. *Itemq; Ejusdem de Principibus & Statibus Imperii Rom. Germanici Liber Tubingæ* 1671. 8.

Cum vero insertio in Imperii Matriculam pro statu præsumtionem inducat, adeoque argumentum ipsi tribuat, (videndus omnino GAILIVS, 1. *Obs.* 21.) perti-
277. nebit huc Dissertatio *de S. Romano Germ. Imp. Matriculâ*, D. ERICI MAURITI, t. t. Prof. Chiloniensis, dicto *Vol. 2. Exerc. I. P.* p. 274. & cum in Imperii Archivo,
278. ea asservetur, adiri possunt, quæ de Jure Archivi & Cancellariæ Ipse Dn. FRITSCHIVS commentatus est, parte alterâ *Sylloges variorum Tractatuum Juridico Politicorum p. 356. Impr. Jenæ 1667. 4.* De Numero eorum, an quaternario comprehendi possint omnes, ut e. g. sint quatuor Landgravii, quatuor Burggravii,
279. &c. videri poterit Idem Dn. FRITSCHIVS, *Resolutione Quæstionis: An divisio Ordinum Imperii in Quaterniones idoneo nitatur fundamento? Vol. 1. Exerc. 14.*

De Potestate vero Eorum & Juribus longe amplissimis, ut nonnullos etiam
280. adducam, evolvi poterit HULDRICI EYBENI. P. P. Giess. Dissertatio *de Origine illustris illius Regulæ: S. R. Germ. Imperii Electores, Duces, Marchiones, Landgravios, Burggravios, Principes, Comites, Barones & ceteros his accensos, Territoriive quos vocant Dominos, tantum posse in suis territoriis, quantum Imperator in Imperio:*
281. *Ejusdemq; usu frequentissimo. Vol. 2 Exer. 9. p. 394.* Itemque HENRICI BINNII P. P. Helmst. *De Statu Regionum Germaniæ & Principum summæ Imperii Reip. æmulo.*
282. *Vol. 3. Exerc. 1. nec non* Dn. RVDOLPHI HEIDEN Cons. Saxon. *De Superioritate Principum Imperii Vol. 1. Exerc. X. p. 443.* Prolixius vero de his egerunt, qui de
283. Regalibus libros scripserunt peculiares: FRIDERICVS PRVCKMANNVS, cujus de hac materia liber aliquoties, novissime vero 1668. recusus est. 8. HENRI-
284. CVS BOCERVS. *Tubingæ* 1608. 8. CONRADVS ab EINSIEDEL. *Witteb.*
285. 1619. 8. REGNERVS SIXTINVS. *Cassellis* 1609. & *Hanoviæ.* 1657. 4.

Præcedentiam eorum quod concernit, præter eos quos laudavit BOECLERVS *Notitiæ Imperii l. 5. c. 2.* videri quoque poterit Tractatus DOMI-
286. NICI ARVMÆI *De Sessionis Prærogativâ, qui est in Nucleo Juris P. 21. p. 803.* De
287. Pactis vero Illustrium, HELFRICI ULRICI HVNNII *Diss. de Confraternitatibus, seu Pactis successoriis Illustrium Familiarum* Ibid. n. 19. p. 722. Itemq; Nobile

288. Opusculum, uti Bœclero audit l. c. JOH. NICOLAI BETSII *De Pactis & Con-*
suetudinibus Familiarum Illustrium, Francof. 1661. 8. Gamologiam *Personarum*
Imperii illustrium, in qua de Matrimonio, tam inter se, quam cum exteris, æquali
vel in æquali, ex Ratione status, & ad Morganaticas Virorum illustrium: de
Uxori Illustri, de Dispensatione, de Vidua, Dotalitio, Dono matutinali, nec non
de Liberis illustribus tam naturalibus quam legitimis eorumque Jure & Dignitate
289. agitur, edidit Dn. MYLERUS ab EHRENBACH / *Stutgardiæ* 1664. 4. Etolo-
giam *Ordinum Imperialium seu de Principum & aliorum Statuum S. R. Imp. Germ.*
Jure, concedendi veniam ætatis idem *edidit*, *Tubingæ* 1664. 4. ut & Nomologi-
290.
291. am *Ordinum Imperialium seu de Principum & aliorum Statuum Imp. Rom. Germa-*
nici Obligatione legali seu Legalitate. Tubingæ 1663. 4. Exemtionum vero Ma-
292. teriam elaboratam dedit ZACHARIAS VIETOR. JC. & Generosissimorum Comi-
tum de Waldeck q. Cancellarius, *in Nucleo Juris P. p.* 1155. Verum cum omnes
omnium, qui de hisce scripserunt Tractatus adducere ad concinnandum potius Ju-
ris P. Catalogum, quam ad eum quem proposui scopum feriendum colliment, pe-
dem hic figam, & reliquos commodiori occasioni seponendo, ad Satuum Imperii
nostri Distinctiones & Collegia progrediar.

DE S. ROMANO-GERMAN. IMPERII ELECTORIBUS PRÆROGATIVIS ET SUCCESSIONE:

Illustrissimum Electorum Collegium cardinem Imperii tenere atque volvere,
neque sine eo stare aut librari tantum corpus posse, nemo Prudentum facile
erit, qui in dubium vocaverit, Verum si de Illius Origine quæramus, quid fere
obscurius est aut intricatius, cum in tam diversas abeant sententias, qui de ea
scripserunt, ut, cui tutius adhæseris vix discernere queas? Ut reliquos prætermit-
tam, plurimorum quidem ea opinio est, ab Ottone III. Imperatore circa Annum
fere 996. aut 997. septem Electorum ordinem introductum fuisse, uti Auctores
perlongo sane ordine recenset JOACHIMUS CLUTEN *Sylloge Rerum quotidiana-*
rum superius laudata p. 50. itemque PETRUS HEIGIUS, de hac opinione testatur
quod magis communis dici merito possit, ipseque testimonia quam plura
in hanc rem accumulat; sed & plures alios, qui ab hac recedant sententia adducit,
qui originem istam aliis Auctoribus Temporibusque ascribant: Tantam litem com-
ponere cum neutiquam mihi arrogare ausim, neque etiam Instituti mei patiatur ra-
tio, ad Auctores eos, qui de Illustrissimis Electoribus prolixius scripsêre progre-
diar, ex quibus plura, quæ de Illorum origine & Juribus noscenda erunt, harum
rerum cupido Lectori sese offerent. Præter eos enim, quos nominat *Bœclerus*,
293. ONUPHRIUM PANVINIUM *de Comitiis, capite* præsertim sexto, itemque SI-
294. MONEM SCHARDIUM, JC. & Cameræ Imper. Assessorem, Libro *de Principum,*
quibus Electio Imperatoris in Germania commendata est, Origine seu Institutione, anno
295. 1566. *impr.* (quos speciatim etiam laudat ANDREAS KNICHEN Commentati-
296. one *de Saxonico non provocandi Jure & Privilegio, exc. Hanov* 1603. 4. *c.* 1. *p. m.* 28.)
297. WINDECKIUM, *de Electoribus*, QVIR. CUBACH, apud ARUMÆUM. Vol. 2.
298. disc. 35. videri etiam possunt, quæ consignarunt modo laudatus PETRUS HEI-
299. GIUS, *Quæstionibus Juris tam civilis quam Saxonici, impr. Witteb.* 1606. *Quæstione*
tertia & quarta: MICHAEL BEUTHERUS *Animadversionum seu Disceptationum*
histor. & chronogr. c. 13. *p.* 220. CHRISTOPHORUS GEWOLDUS Commenta-
rio *de Electoratu*, qui *Monachii* primum separatim editus est, postea in *Repræsentati-*
300. *one Reip. Germ. Norinbergæ* 1657. *recusus* MICHAEL SCHIFERER, Carpona-Panno-
nius, *De Origine & Potestate Modernorum Electorum in Imperio Romano Germanico,*
301. *in Nucleo Juris Publ. p.* 214. BERHARDUS MALLINKROT. de *Officiis seculari-*
um Electorum & de Origine Electoralis Collegii, in Additamentis, libri de *Archican-*

cellariis,

cellonis mox citandi, *c. 3. p. m.* 166. De Prærogativis filiorum, passim qui Juris
Publ. doctrinam proposuerunt, videri poterunt; speciatim vero *de Comit-
iis S. R. Imp. Electoralibus*, Von des H. Röm. Reichs Churf. Wahltägen/ Dissertati-
302. onem Politico-Juridicam conscripsit JOACHIMVS CLVTEN, quæ juxta Argen-
toratensem Editionem 1628. recusa est, sub finem *Repræsentationis Imper.* paulo supe-
rius, nominatæ: Plura sunt, quæ de Successionibus in Electoratibus, Doctorum
scripta, in utramque partem in lucem prodiere: Qvamvis enim de successioni-
bus ejusmodi Electoratuum secularium dispositium sit Aureæ Bullæ C. VII. præci-
puè tamen duæ Quæstiones maximæ controversæ sunt; Prior: *Si ultimus ex lineâ
primogeniti successerit, nullis relictis liberis vel fratribus horumve liberis, adeoq; defe-
renda sit successio, ad agnatos reliquos, an hoc casu succedat Senior ætate, an qui stipiti
303. & lineæ ei proximior, quod prius, quidem* GOLDASTVS sæpius nobis laudatus,
defendit, in Tractatu, quem *Seniorem* inscripsit: Posterius vero placuit,
304. ARNOLDO ENGELBRECHT, Reverendissimi Archiepiscopi Magdeb. Consilia-
rio, Dissertatione, *de Successione in Electoratibus ex Jure Primogenituræ*, quæ exhi-
betur in *Nucleo Juris P. p. m.* 679. Altera non minus vexata & ardua Quæstio est;
An liceat Testamento alium Tutorem dare, quam Lex dat? seu *An potestas disponendi
testamento de Tutelâ filiorum & administratione Electoratus Jure publico Aureæ Bullæ
sit adempta?* Acriter ea agitata fuit inter MARQVARDVM FREHERVM &
GEWOLDVM, illo, non tolli lege Aureæ B. libertatem testamentarii Tutoris
dandi, defendente, hoc vero acriter contra nitente: Scripta hæc in *Repræsenta-
tione Reip. German.* [recrudescentium controversiarum occasione recusa] hoc or-
305. dine exhibentur: MARQVARDI FREHERI JCti & Consiliarii quondam Serenis-
simi Principis Palatini Primarii Commentarius *ad A. B. Caroli IV. de Legitimâ Tu-
306. telâ Curaq; Electorali*, à p. 385. — 424. CHRIST. GEWOLDI Seren. Bavariæ
Ducis Consiliarii, *Antithesis ad Marqv. Freherum, juxta exemplar editum Mona-
chii*, 1612. à. p. 427. — 448. M. FR. *Epistola responsoria*, ad Christoph. Gewol-
dum, juxta exempl. editum anno 1614. à. p. 451. — 466. CHR. GEW. Ad Epi-
stolam Responsoriam M. FR. *Replicatio.* à. p. 469. — 478. Ejusdem ad Marq. Freh.
Epistola Monitoria, p. 486. — 488. MARQ. FR. ad Chr. Gew. Epistolam Monito-
riam *De susceptâ sive Recepisse*, p. 488. quamvis in Quæstionem eam, *An Electoralis
dignitas Palatinatui Rheni, an Bavariæ Ducibus tantum competat*, potissimum ea
Controversia degeneraverit, de quâ inferius pluribus. Sed quod de Tutelâ mate-
307. riam concernit, sequitur Ejusdem FREHERI Commentario, *de Testamentariâ Tu-
telâ curaq; Electorali liberâ & integrâ juxta editionem Heidelb.* 1614. à. p. 501. — 554.
Item *Sigismundi Imperatoris Bulla integra, cum Notis perpetuis* FREHERI *item Ru-
pertorum Senioris & Junioris, qui postea Rex Romanorum Dispositio de Minorennibus
Anno 1395. juxta exemplar. Heidelb.* 1615. *p.* 556. — 588. Præter hosce etiam tractatus
308. DIONISIVS GOTHOGREDVS, *De Tutelis Electoralibus Testamentariis Legitimas
excludentibus* Libris VI. Reverendissimis & Serenissimis Sacri Imperii Electoribus
inscriptis, satis prolixè egit, *qui excusi sunt Typis Gothardi Vogelini* 1611. 4. & po-
309. stremo, D. JOH. CASP. UMRAHT Disp. de *Tutelâ Electorali Testamentariâ*, ap.
Dn. *Fritschium Vol. I. Exerc. I.* qui tamen *Freheri & Gothofredi* ut plurimum vesti-
gia secutus est:

De Electoribus Ecclesiasticis, & cum primis Archi-episcopo & Electore Moguntino.

QUanquam eos, qui de Eminentissimis & Reverendissimis S. R. J. Electoribus in publicum prodiere Libri, Parti IV. ubi de singulorum Electoratibus D. V. agendum erit, reservare placuit, hoc tamen loco, cum de Eorum Juribus nonnullis, & quæ specialia occurrant, adducta quædam fuerint, nefas sane videretur, si eam quæ Ecclesiasticis Electoribus prærogativa competit, Archicancellariatus scil. silentio prætermitteretur, cum Reverendissimus Elector

Moguntinus per Germaniam, *Coloniensis* per Italiam, *Trevirensis* per Galliam Archicancellarii dignitate coruscent: Peculiarem de *S. R. Imperij Archicancellariis &*
310. *Cancellariis Imperialis Aulæ* Tractatum scripsit, Eruditissimus BERNHARDUS à MALLINKROT, Decanus q. Monasteriensis, *qui secundâ vice editus est, Jenæ* 1666. 4. cum nonnullis aliis, quorum subinde mentio injicietur. Longe autem alios Dignitate super eminet Eminentissimus & Reverendissimus Archiepiscopus & Elector Moguntinus, &c. Dominus noster clementissimus, &c. Quippe penes Ipsum Electoratus primus est, cui nemo controversiam facit, ne Rex quidem Bohemiæ. 2. In Electione omnes fere præeminentias habet, dum & dirigit Electionem juxta præscriptionem Aureæ B. & totius Collegii Electoralis Decanus est. ut Maximilianus I. Imperator, in Diplomate. 1498. Ipsum appellet Obristen Churfürsten: Solus habet Jus Co-Electores Collegas suos convocandi, diemque edicendi, cum ad Electorium Actum, tum ad Diætas Electorales & Collegiales. Reliquorum Jusjurandum accipiendi, proponendi, suffragia colligendi, concludendi, Decretum Electionis pronunciandi. 3. Capitulationem conficit, sive ex Votorum pluralitate præscribit atque dirigit, &c. Plura longè, quæ enumerare admodum prolixum esset, ex Monumentis Moguntinis in Schedis Illustrissimi Baronis BOINEBURGII. fusius, præter morem suum enumerat, sæpius laudatus BOECLERUS: Notitiæ Imperii l. 6. c. 5. quem B. L. adire poterit. Jus Illius, Regem Romanorum per universum Imperium coronandi quod concernit, controversia Ei mota ab Electore Coloniensi, quæ publicis etiam scriptis agitata
311. fuit: Et pro Reverendissimo Moguntino extant, HERMANNI CONRINGII. *Assertio Juris Moguntini in coronandis Regibus Romanorum tertio edita Helmst.* 1664.
312. 4. Itemque *Castigatio libelli cui Titulus: Anti Conringiana Defensio Juris Coloniensis, in coronandis Romanorum Regibus. secundo ed. ib.* 1664. 4. *Iteratarum Vin-*
313. *diciarum Juris coronandi pro Archidiœcesi Coloniensi Examen, quo ad Coloniensium Advocatorum argumenta in antecessum breviter respondetur: Editio altera, ibid.* 1664. 4. Hujus vero inter Eminentissimos Electores, Anno hujus seculi 1657. placidè sopitæ Contentionis Tabulæ, sub finem *Assertionis Conringianæ*, adjecta legi poterunt: Itemq; videri hac de re potest *Diarium Europæum Anno* 1658. *p.* 948.

De Principibus Comitibus &c. Itemque Nobilibus S. R. Imperii.

STatus Imperii Romano-Germanici præter Electores, quam plures adhuc sunt Dignitatesque quibus illud, ceu totidem sideribus magnificè resplendet: Præter ArchiDuces enim Principes sunt, & qui Eorum nomine censentur, Comites Palatini, Duces, Marchiones, Landgravii: Itemque Comites, Barones, &c. de quibus passim, qui de Jure publico scripserunt, evolvi consulique poterunt. Pauca tantum pro instituti nostri ratione adjicienda hic erunt, quæ ad Germaniæ nostræ honorem magis evehendum inserviunt: De Principa-
314. tus ergo *Jure* Tractatus peculiaris est IOHANNIS NORDERMANNI *JC.* Westphali in *Nucleo Juris publici, p.* 260. Itemque de Ducibus & Comitibus S. R. I. Disp. HERMANNI CONRINGII. *Helmst.* 1643. 4. De Prælatis.
315. CHRIST. BEINDORFI, ap. ARUM. Vol. 3. Disc. II. p. 337. De Comitibus vero, ultra ea, quæ apud CONRINGIUM de Judiciis, & FRIDER. BRUMMERUM de *Scabinis*, inferius laudandos, leguntur, videri potest CHRISTOPHO-
316. RI BESOLDI, JC. &. Prof. Tubing. Tractatus de *Comitibus & Baronibus S. R. Imperij in Nucleo J. P. p.* 352. CHRISTOPH. BEINDORFI, de R. G. I. Comitibus & Baronibus ap. ARUM. Vol. 3. Disc. 12. p. 356. Nobiles vero S. Rom. Germ. Imperii quod concernit, de Iis, & Eorum Juribus peculiares scripsere Tra-
317. ctatus, præter CASPARUM à LERCH *de Ordine equestri*, *Boeclero* laudatum, Idem

318. Idem BESOLDUS, *de Ordine Equestri libero, Imperioq; immediatè subjecto*, eodem
319. in *Nucleo*, p. 366. JOSIAS NOLDEN *de Statu Nobilium civili, eorumq; Juribus,*
320. *Privilegiis, & Immunitatibus* Eod. p. 394. PETRUS FRITZIUS, Spandav. March.
321. Elector. Brandeb. Consiliarius, Tr. De *Nobilitate* apud ARUMÆUM. *Discurs.*
Academ. Vol. 1. num. 16. p. 144. b. JOHANNES FRIDER. v. LENDERS-
HEIM Discursu, *De Jure & Privilegiis Nobilium liberorum & Immediatorum,*
Norinb. 1667. 4. Quo etiam spectant; Bericht und Antwort der Politischen Fra-
ge: Ob des H. Röm. Reichs freyer unmittelbarer Adel ein Stand des Reichs sey?
322. exc. Moguntiæ 1626. Itemque, Unvorgreifliches Bedencken/über etliche Fragen/ der
freyen Reichs Ritterschafft in Schwaben/Francken und an Rheinstrom / Standt und
Session betreffend: (ficto sub nomine) Hippolyti â Treispach, &c. typis Philiber-
ti Brunnij. 1644. De *Jurisdictione Ecclesiastica Nobilibus Imperij vigore Constitutio-*
nis de Pace Religiosâ in districtibus & castris eorum legitimè competente, scripsit
323. JOH. CASPAR UNRAHT, apud Dn. Fritschium Vol. 1. Exerc. 11. WILHELMUS
324. LYSERUS, JC. & P. P. *Witteb. De Landsassiis, Schrifftsassiis & Ambtsassiis* Vol.
325. IIdo, Exerc. 3. quibus addi poterunt CASPARIS ZIEGLERI. J. U. D. *Communes*
Conclusiones ad Auream Praxin Nicolai Calvoli directa: In quibus de Diversorum
Ro. Imperio tam immediate quam mediate subjectorum Instantiis, Austregis, Landsas-
siatu, Jure territoriali, Schriftsassiatu, Ambtsassiatu, Jurisdictione Nobilium, Civita-
tum & aliis connexis Juribus pertractatur. Imp. Lips. 1618. 4. Neque hic immeritò,
qui de *Equitibus* & *Ordinibus Equestribus* scripserunt, Germanicarum nostrarum Re-
rum Scriptoribus inseri possunt, quippe de quibus inter Imperii negotia haud raro
tractatum, itemq; de Ordine Teutonico, frequentibus Comitiis actum, quæ res
multa habet quæ ad Imperium alte pertineant: uti hanc aliasque rationes adducit
BOECLERUS Notitiæ l. ro. c. 3. p. 141. Auctoribus ab eo nominatis AUBER-
TO MIRÆO, FR. MENENIO, FR. SANSOVINO, HIER. MEGISERO, adde-
mus CYR. SPANGENBERGIUM, qui in speculo Nobilitatis, seu Adelspiegel, lib. XI.
c. 4. de variis Ordinibus, cum primis v. atque fusius, de Ordine Teutonico, Ma-
gnisque Ejus Magistris, egit, Item quem supra laudavimus Auctorem gallicum
Libri; *Les Estats, Empires & Royaumes, &c.* qui sub finem ferme p. 914. sub tit.
Origine des ordres militaires, tant Reguliers, qui ont esté aprouvez par le S. siege,
sous quelque Reigle & Discipline, que seculiers, instituez par les Empereurs, Roys &
Princes Chrestiens, avec leurs blazons & devises: nonnulla etiam rei nostræ inser-
vientia exhibet. De Ganerbiis, videri queunt post ea, qua observavit WEH-
326. NERUS voce Ganerben. JACOBUS WERNERUS KYLLINGERUS Aug. J. U.
D. lib. De *Ganerbijs castrorum seu de Arcium plurium Condominis.* von Ganerben
und Burgmannen gemeiner Schlösser/ Vesten/ und Burgen: Tubingæ. 1620. 4. I-
327. temque JOHANNIS LEIBII, Advocati Coburg. Tract. von Ganerben / adjun-
ctus Ejusd. Synopsi de Prioritate Creditorum. Coburgi. 1670. 8. Illustrem hanc
Tractationem claudemus Magnifici Dn. VITI LUDOV. â SECKENDORF/
Consiliarij & Cancellarii Saxonici, &c. Tractatu Nobilissimo; inscripto: Teut-
scher Fürstenstaat: Oder gründliche und kurtze Beschreibung/ welcher Gestalt Fürsten-
thümer/ Graff- und Herrschafften in H. Röm. Reich deutscher Nation welche Landes-
fürstl. und hohe Obrigkeitl. Regalia haben / von Rechts und löbl. Gewonheit wegen
beschaffen zu seyn/ regieret/ mit Ordnungen und Satzungen/ geheimen und Justitz Can-
tzeleyen / Consistoriis, und andern hohen und nidern Gerichts-Instantien Aemptern
und Diensten verfasset und versehen/ auch wie derselben Cammer- und Hof-Sachen
bestellt zu werden pflegen. Franckf. 1660. 8. It. mit einer Zugabe sonderbarer und wich-
tiger Materien: Ibid. 1665. 8.

De Germanorum Stemmatibus Familiisque Illustrissimis & nobilissimis, de Torneamentis, & de Insignibus earundem:

AD Familiarum Germanicarum vetustissimam Nobilitatem nunc progredior;

materiam non minus illustrem, quam ea quæ hactenus tractata est, imo quæ vel
illam antecedat, cum splendore suo, non Germaniæ tantum limitibus, uti digni-
tatum pleræque circumscripta, sed per omnes fere Europæ provincias, longè
lateque diffusa, Patriæ maximum omnium honorem conciliat. Testes adducà-
mus & hic exteros, qui non pietate, aut peculiari in gentem suam studio, sed
veritatis vi adacti hanc tot illustrium stemmatum Gloriam Germaniæ nostræ ascri-
pserunt: Ita enim ÆNEAS SYLVIUS *in Descriptione Germaniæ*, c. 35. apud *Schar-
dium* To. 1. p. 234. fatetur: *Nulla natio sub cœlo est, tot clarissimis domibus tot il-
lustribus Principibus, ubi tantam invenias Nobilitatem, aut armorum gloriam; sicut
apud Germanos: Relinquimus militares familias, & quæ torneamento dignæ cen-
sentur, quorum pene infinitus est numerus; quamvis nulli ad id genus ludi admittan-
tur, nisi vetustissimi Nobiles, quorum Progenitores supra memoriam hominum &
opibus & potentiâ claruerunt, &c.* Alter, verò ANTONIVS CAMPANVS, Ger-
manis alias maximè invidens à *Peutingero & Wimphelingo, aliisq;* allegatus post a-
lia: *Merito ergo,* inquit, *Germani eam quam exteri quoque admirantur gloriam
agnoscent, tandemq; stirpium suarum originem, extra domum aut patriam à Ro-
manis & Trojanis,* [quod acriter etiam perstringit *Bebelius de vet. Germ.* c. 16. p. 128.]
arcessere desinant. Operæ sanè pretium & quod in insigne Germaniæ laudem ver-
gat, me facturum arbitror, si & eos etiam Auctores, qui Familiarum illustrium
Genealogias, in quibus ubique fere primas tenent, vetustissimæ Germaniæ stirpes
exhibent, adducam, præsertim cum ad Historiam Germanicam non jucundita-
tem insignem afferant, sed & necessitate se commendent quoque, uti præter alios,
prolixè hoc ostendit, Dn. WINCKELMANNVS præf. *Geneal.* paulo infra ci-
tanda, pag. m. 45. & 46. Qui ergo in hoc censu nominandi erunt labores, sunt
328. inter alios M. HIERONYMI HENNINGES, *Luneburg. Genealogicum opus uni-
versale, continens omnes omnium ætatum familias, Monarcharum, Regum, Ducum,
Marchionum, Principum, Comitum, atq; illustrium Heroum Heroinarumq;, nec
non Philosophorum, Oratorum, Historicorum, quotquot à condito Mundo vixe-
runt, & quorum mentio fit in S. Bibliis, cæterisq; Auctoribus, usq; ad hæc nostra tem-*
329. *pora, &c. Collectum & in IV. Tomos distinctum: Magdeb. 1597. fol.* ELIÆ REUSNE-
RI, Med. Lic. Histor. & Poës. q. in Acad. Jen. Professor. ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ, *Opus Gene-
alogicum Catholicum, de præcipuis Familiis Imperatorum, Regum, Principum, alio-
rumq; Procerum Orbis Christiani, cum Auctario Genealogiæ Comitum, Baronum &*
330. *Dynastarum: Francof. 1592. fol.* ANTONII ALBITZII. Nobilis Florentini, O-
pus elegantissimum, Christlicher Potentaten und Fürsten Stammbäume / Tabulis
Genealogicis æri incisis, & passim subjecta Enarratione historicâ: mit Kupffern und
331. druck Christoph. von der Heiden seel. Erben: 1627. fol. pat. NICOLAI RIT-
TERSHUSII *Genealogiæ Imperatorum, Regum, Ducum, Comitum, præcipuorumq;
aliorum Procerum orbis christiani deductæ ab Anno Ch. 1400. & continuatæ ad Ann.
1658. Tubingæ 1658. fol.* harum vero Continuatio itidem ad ann. 1674. edita est,
332. ibidem: Dn. PHILIPPI JACOBI SPENERI, S. Theol. D. & Ecclesiastæ Franco-
furti ad Mœnum primarii, *Theatrum Nobilitatis Europææ, Tabulis Progonologicis
præcipuorum in cultiori christiano Orbe Magnatum & Illustrium Progenitores
CXXIIX. LXIV. aut XXXII. justo Ordine repræsentantibus, exornatum;* partibus-
333. que duabus absolutum Francof. 1665. fol. Compendii loco esse poterunt TOBIÆ
WAGNERI, S. Theol. D. & *in Imperiali civ. Eslingâ qu. Pastoris, Limina Genealo-
gica in præcipuas Magnatum Europæ familias, quæ prodiere Ulmæ 1653.* 8. Ad sco-
pum nostrum proprius accedunt GABRIEL BUCELINVS, superius haud uno in
loco laudatus, qui *Germaniæ Notitiam Genealogicam*; qua longè illustrissimam
& vetustissimam Ejusdem inter Europæ populos Nobilitas asseritur, & compro-
batur &c. in Opere suo, quod *Germaniam Topo-Chrono-Stemmatographicam sa-*
334. *cram & profanam* inscripsit, exhibet, quod ipsum etiam, sed brevius IDEM præsti-
tit. *Notitiâ S. R. I. Principum Genealogicâ & Stemmatographicâ quæ ad historiæ sta-
tusq; hodierni cognitionem plurimum proficiat,* subjunctâ *Nuclei Historiæ universa-
lis Auctario seu Parti secundæ. Impr. Augustæ Vindel. 1664.* 12. Dn. JOHANNES
335. JVSTVS WINCKELMANNVS, Consiliar. & Historiographus Hass. & Oldenburg

Arbo.

Arboreto Genealogico, Heroum Europæorum, ostendente, quomodo omnes fere Europæi Principes ex unicâ Oldenburgicâ familiâ & quidem â Dieterico Fortunato difluant, & quam crebro Serenissimæ & Illustrissimæ Familiæ, cum Domo Oldenburgicâ conjugiali fœdere interse conjunctæ fuerint, unacum Commentatione de Dignitate Utilitate & Jucunditate, Studij Genealogici, & de amplitudine stirpis Witikindeæ Saxonicæ in multiplices propagines felicissimé dilatatæ, exc. *Oldenburgi.* 1664. *fol.* Præter hos aliosque verò, qui integris Voluminibus complures Genealogias complexi sunt, quamplures alii Illustrissimarum & Nobilissimarum Familiarum Descriptiones dederunt peculiares, quorum Catalogum Parti IVtæ, ubi D. V. de singulis Germaniæ Provinciis, in quâ illâ splendidissimê florent, dicendum erit exhibebimus. Non sine injuria Nobilitatis Germanicæ antiquissimæ, hic præteriremus splendidissimum Vetustatis gloriæque Ejus monumentum Torneamenta scil. utpote, quæ â longissimis usque temporibus, ad equestria exercitia, aliasque virtutes excolendas, Nobilitatem non solum instigarunt, sed etiam quasi armilustria fuerunt solennissima, in quibus quisque Familiæ suæ dignitatem & prærogativam ostendere potuerit. Memoriam eorum, legumque seu Articulorum,
336. servavit nobis GEORG RUXNER/ Bäyerischer Ehrenhold: libro singulari cui
Tit. Thurnier Buch. Von Anfang/Ursachen/ Ursprung und Herkommen der Thurnier in H. Röm. Reich deutscher Nation, Wie viel öffentliche Landthurnier von Käyser Heinrich den I. dieses Nahmens an/ biß auff den jetztregierenden Käyser Maximilian den II. und in welchen Städten die alle gehalten / auch durch welche Fürsten / Grafen/Herrn Ritter/und von Adel dieselbe jederzeit besucht worden; ꝛc. mit Figuren und sonderlich den Adelichen Wapen: Imp. Franckf. am Mäyn/1576. fol. de quo tamen vide WIGUL. HUND, in præfat. Des Bäyerischen Stammbuchs. Cum vero liber hic admodum rarus sit, videri etiam hac de re poterit SEB. MUNSTERUS, Cosmogr. lib. 3. c. 349. p. m. 1038. qui itidem Articulos Torneamentorum, & qui singulis interfuere Principes, Comites, Barones, Equites, &c. brevius recenset. Verum uti aliquando Pyramides corruunt, Colossi concutiuntur, Mausolæa subsiderit, urbes evertuntur, terræve motibus hauriuntur, Capitolia turresque præaltæ de cœlo tactæ conflagrent, nihilque fere in mundo tam sublime sit atque arduum, quod ab interitu tutum se esse gloriari queat, ita & haud paucis nobilissimis Germaniæ stirpibus evenit, quod penitus exaruerint, nihilque nisi celebrem posteris, tristemque memoriam reliquerunt: *De ejusmodi illustrium Heroum Familiis emortuis,*
337. HERMANNUS HAMELMANNUS, S. S. Theol. Licent. Superintendens & Historicus Oldenburgicus, Anno 1592. typis vulgavit tractatum brevem sed utilissimum, censente prælaudato, Dn. *Winckelmanno,* Præf. p. 43. qui & aliarum Familiarum, quæ ex illo tempore funeribus mersæ sunt, Libitinarium Indicem addit: Quo etiam maximam sui partem referri potest, *Andreæ* Hoppen-
338. rods/Pastoris Heckstetensis in Comit. Mansfeldico: Stammbuch oder Erzehlung aller Manhafften / und in teutschen Historien berühmter Fürsten Graffen und Herrn Geschlechter/welche ungefehr innerhalb tausend und wenigern Jahren ihre Herrschafften in den Sächsischen Landen/zwischen der Elbe und dem Rhein vom Hartzwaldt biß an die Westsee und Dänische Gräntze besessen / und folgends ihren Nachkommen biß auff jetzige Zeit mit Ruhm zu besitzen haben hinderlassen. Straßburg / 1570. De
339. Nobilitate plura qui cognoscere desiderat, adire poterit ANDREÆ TIRAQUEL-
LI de hac materia Tractatum: Operum To. I. exc. Francof. 1615. fol. BAR-
340. THOLOMÆI CHASSANÆI. *Catalogum Gloriæ Mundi Genev.* 1649. fol. SIMO-
341. NIS SIMONII. *Lib. de vera Nobilitate, quem* Jenæ exornatiorem edidit, *Thomas*
342. *Sagittarius Prof. P. ib.* 1616. 8. HIERONYMI OSORII libb. V. *de Gloriâ, itemq;*
343. *libb. totidem de civili & Christiana Nobilitate,* exc. Colon. 1595. 12. ANTONII BUL-
LÆI. J. U. D. *Oratianem de Jure nobilitandi*: Inter Disputationes ejus & Oratio-
344. nes Juridico-pol. impr. Jenæ: 1618. 8. REINERUM REINECCIUM, von des
Adels anfänglichen Herkommen/ & quod instar omnium erit Speculum Nobilitatis
345. CYRIACI SPANGENBERGERS/ seu Adelspiegel oder Historischer außführlicher Bericht/was Adel sey und heisse/ woher er komme/wie mancherley er sey / und

was denselb:n ziere und erhalte / auch hingegen verstelle und schwäche/2c. dem gantzen deutschen Adel zu besondern Ehren aus etlich hundert Authorn mit grosser Mühe auffs fleißigste beschrieben. Gedr. zu Schmalkalden/1591. duobus Tom. fol.

De Insignibus Serenissimarum & Nobilissimarum Familiarum Germaniæ.

UT ut negari facile non possit Majoribus nostris aliquam Heraldicæ artis, seu
ejus quæ circa Insignium arcana occupata est Notitiæ, aliquam fuisse periti-
am, imò non paucas exterarum Nationum, terminos artis illius quamplures mutuo
ab iis sumsisse; fatendum tamen est, hoc studium ab aliquo tempore nostros vel ne-
glexisse omninò aut in illo tam remisisse, quam alii, præsertim Galli excolendo
eo maximè sedulam operam certatim quasi impenderunt: Præter enim librum
346. illum *Armorial universel de principales Armes de l'Europe par C. SEGOIN. impr.*
347. *Parisiis.* 1654. *fol.* itemque *Veritable Art du blason par Claude François Menestrier*,
quam plurimorum alia qui hoc studium illustrarunt Nomina: P. MONETI,
MARCI GILBERTI de VARENNES, LOUVANI GELIOTI, CL. FAUCHE-
TI, P. DU VAL ex Anglis vero JOHANNIS de BADO AUREO, NICOLAI U-
PTONI, HENRICI SPELMANNI, EDOARDI BISSÆI opera, &c. laudat Perq.
Rever. atq; Excellentiss. Dn. PHILIPPUS JACOBUS SPENERUS, accuratissimo
348. Lib. quem quasi specimen hujus Artis præmisit, sub titulo: *Insignia Serenissimæ
Familiæ Saxonicæ Fecialium verbis enunciata, & Commentario illustrata:* ed. Fran-
cof. 1668. 4. in præfat. ad Lectorém: Et sane optandum esset Opus ut illud, quod
de Heraldicâ arte meditatus est, lucem quamprimum videret, Orbemque literari-
um hoc Thesauro, cujus delineationem & Ichnographiam, omnibus, quibus
hæ deliciæ curæ sunt, applaudentibus, ibidem exhibuit, Vir harum rerum doctis-
simus, bearet: Primus Germanorum qui de hac materiâ peculiari libro egit, quam-
vis, si unius alteriusve meditamina excipias, disciplinæ scutariæ scita vix attige-
349. rit, fuit THEODORVS HOEPING Susato Gvestphalus, J. U. D. cetera lauda-
tissimo *Tractatu, Juridico-Historico-Politico-Philologico, de Insignium seu Armo-
rum Jure prisco & novo, In quo Dignitatis, Militiæ, Gentis, Pontificalia, Imperialia,
Regia, Electoralia, ArchiDucalia, Ducalia, Principalia, Comitum Baronum, Civi-
tatum Imperialium, liberarum Rerumpp. Provinciarum, Collegiorum Universitatum,
Academiarum, Heroum, Equitum, Nobilium, Doctorum, Fecialium Heraldorum,
Armigerorum, Beneficiariorum, Officialium, Nunciorum, Satellitum, &c. Insignia: ho-
rum appellationes variæ & Descriptiones, Origines, causæ occasiones, personæ ea defe-
rendi facultate pollentes vel minus; modi acquirendi: clypei, scuta, Imagines, colo-
res, Metalla, galeæ, earumq; ornatus, coronæ, cristæ, alæ sustentacula, loca quibus ex-
pinguntur, cœlantur, suspenduntur, publica & privata propria & aliena: modus rite
conficiendi & collocandi, causæ finales, usus, effectus diversi, Actiones & judicia, tam
possessoria quam petitoria, pœnalia & fiscalia, Remediaq; alia competentia exponun-
tur.* Impr. Norinb. ap. Endteros Anno 1642. fol. Insignia quoque libris peculi-
aribus in publicum Germaniæ Theatrum producta, pleniori cognitioni harum
rerum inservient, quo spectat: Johann Sibmachers Neu Wapenbuch darinnen
des H. R. Reichs/teutscher Nation hoher Potentaten/Fürsten/Herrn/und Adelsper-
sonen/auch anderer Stände und Städt/ Wapen an der Zahl über 3320. beneben ihren
Schilt und Helmkleinoten mit besondern Fleiß erkündiget / und auff Kupfferstück zum
Druck verfertiget. Norinb. 1605. 4. Cum vero multa tum vetustorum stemma-
tum quam recentiorum Arma in eo desiderarentur Volumine, splendidum de-
350. nuo opus Insignium, quinque Tomis divisum prodiit, quorum, cum in pauco-
rum manibus liber hic versetur, summam ordine recensere haud inutile visum est;
351. quæ sic se habet, Das erneuerte Teutsche Wapenbuch/in welchem des H. Röm. Reichs
Potentaten/Fürsten/Herrn/Edlen Stände/Städte Nahmen/Wapen/Schilde/Helm/
Kleinodien mit zugehörigen Herolds Farben abgebildet zusehen; Erster Theil: Nürn-
berg bey Paul Fürsten cum privileg. S. Cæs. Maj. Anno 1657. mit einer unbständi-
gen Vorrede von Ursprung und Gebrauch der Wapen: Der Zweyte Theil/2c. mit

einer

einer Vorrede von Ritterlichen Thurniren/und der Adelichen Heroldskunst. Ib. 1655. Des Neuen Wapenbuchs Dritter Theil/ꝛc. mit einer Vorrede von den Wapenbildern aus der Natur/wie auch aus der Kunst/und dann aus beyden zugleich genommen: Anno 1656. Des Neuen Wapenbuchs Vierter Theil/ꝛc. mit einer Vorrede von Gebrauch der Schilden/zum Schutz/Gedächtniß/Gegenwehr/Geschencken/Unterscheid der Geschlechter/ wie auch der Wapen und Pitschafften. Ib. Anno 1657. & tandem Des Neuen Wapenbuchs Fünffter und letzter Theil/ sambt einem beygefügten Politischen Discurs von der Macht / Würde und Herrligkeit und grossen Menge des teutschen hohen und nidern Adels/woraus die wohleingerichtete Regierungsform/ wie auch die grosse Macht und Majestät des deutschen Reichs und der Römisch. Käyser abzunehmen/ &c. ibid.

His non sine fructu Historicorum illorum, qui præ ceteris in annotandis Insignibus, illisque explicandis diligentiores fuerunt, Opera adhiberi poterunt; quorum nomina nonnulla hic tantum indicasse sufficiat: PONTI HEUTERI, MEGISERI, HERTZOGII, STUMPFII, PECKENSTEINII, ALBINI, LETZNERI, & aliorum, de quorum scriptis inferius commodior nobis agendi occasio suppeditabitur. Cumprimis hic est evolvendus, diligentissimus Germanicarum rerum indagator PH. CLUVERIUS, *Germaniæ Ant. sæpius laudatæ*, l. 1. c. 44. p. m. 292. & seqq.

Sectio VIII.

De Urbibus Germaniæ.

Quod sæpenumero evenire solet, ut cum gentis familiæque alicujus prima incunabula in obscuro sint, plerique fabulosis commentis gloriam sibi conciliare, & ex antiquitatis tenebris splendorem quærere nitantur: id etiam hic, cum de Germaniæ Urbibus, earumque origine & incrementis disquirendum, contingit, ut nimium hi liberales etiam inveniantur, qui civitatum quarundam natales ab ipso diluvio accersere haud erubescant, quomodo Augusta Trevirorum & Bardewicum [quod inferioris Saxoniæ oppidum ab Henrico Leone ante 500. præterpropter annos, fuit destructum] multum sibi licentiæ arrogarunt; Verba sunt Magni *Conringii Dissertatione Nomothetica seu recta legum ferendarum ratione*; th. 35. Longe enim aliter de suo ævo seu Trajani ætate Tacitus, cui res nostræ compertissimæ fuerunt, scribit: *Nullas Germanorum populis Urbes habitari satis notum est, ne pati quidem inter se junctas sedes: colunt discreti & diversi, ut fons, ut campus, ut nemus placuit*; *de Moribus Germ.* c. 16. v. 1. quæ de illâ Germaniâ, quæ Magna vocabatur, intelligenda esse patet, cum in eâ quæ Romanis cis Rhenum parebat, Urbes tum fuisse, Tacitus ipse non semel alibi prodiderit. Qua occasione, quibusve temporibus Urbes splendidissimæ & & opulentissimæ originem suam & incrementa acceperint egregie demonstrat Re-
352. rum nostrarum longe doctissimus Dn. CONRINGIUS *Exerc. de Urbibus Germaniæ*, quæ prodiit *Helmst.* 1652. 4. cui merito jungi possunt, quæ de Germanorum habitationibus commentatus sæpissimè laudatus *Cluverius* l. 1. c. 13. G. A. licet in quibusdam ab ipso dissentiat, Dn. *Conringius* d. Exerc. 17. & 18. Qui vero de singulis Germaniæ Urbibus notitiam magis distinctam desiderat, adire poterit Ma-
353. gnificum illud Opus, quod Civitates Orbis terrarum inscribitur, â GEORGIO BRAUNIO procuratum, quod prodiit *Coloniæ* Anno 1572. fol. maj. ubi inter reliquas Universi hujus urbes insigniores, pleræque etiam Germaniæ nostræ, æneis figuris, quam elegantissimè expressæ, cum earum descriptione historicâ, quantum Authori innotescere potuit, exhibentur: Cui accedit ob argu-
354. menti similitudinem, ABRAHAMI SAURS/ *Parvum Theatrum Urbium*, germanico Idiomate conscriptum, cum fig. quod Francof. sæpius excusum est Anno. 1581. 1587. & 1592. &c. in 8. & tandem novissimè 1658. ibid. 4. Peculiariter de his nostris scripserunt, MATTHIAS DRESSERUS, lib. *de præcipuis Germaniæ Urbi-*

 Urbibus, *Lipſ.* 1607. 4. LAURENTIUS PECCENSTEINIUS, *in Polio graphia*, oder Hiſtoriſchen Beſchreibung aller vornehmſten Städten in Sachſen Meiſſen und Thüringen/ſambt anſtoſſenden Provincien: welcher Geſtalt dieſelbe auff kommen. deren vornehme Regalien, und was ſich ſonſt denckwürdiges bey ihnen zugetragen; Altenb. 1608. fol. Hanſeaticas Civitates quod concernit, earum Hiſtoriam non ſatis exploratam eſſe, partim ex Receſſibus Imperii conſtat, partim ex memorabili digresſione *Chytræi in Chronico lib.* 23. â pr. unde ſua, quæ de his proponit hauſiſſe videtur THUANUS. l. 51. p. m. 1008. 1614. 8. Præter complures, qui de Jure Publico agentes harum mentionem faciunt, Fœderis hujus Acta memorabili
357. & vaſto opere collegit JOH. ANGELIUS WERDENHAGEN, partibus præſertim poſterioribus quartâ, quintâ, ſextâ, *ut mirum ſit*, [verba ſunt *Bœcleri.*] *neminem ejus mentionem facere, niſi quod Limnæus Tô IV. ad. l. 7. c. 1. meminit, auditum ſibi, non viſum ſcriptorem*: Hunc ſanè Illuſtris Conringius Diſſertatione ſuperius laudatâ th. 95. ubi de iisdem agit *ineptum vocat, & qui ſpiſſis ſuis Centonibus nihil de Origine fœderis certi prodiderit.* De Imperialibus vero Civitatibus,
358. Juribus earum & Privilegiis, Tractatus ediderunt varii, quo ſpectat HENRICI BRUNINGI JCti Bremenſis, *Diſſertatio de Variis Univerſitatum ſpeciebus ad præ-*
359. *ſentem Germaniæ ſtatum accommodata, in Nucleo J. P. n. 15. p. 471. & ſeqq.* CHRISTOPHORI BESOLDI, *De Jure & Imperio Imperialium Civitatum Ibid. n. 18. p.* 377. Itemque *De Jure Imperialium Civitatum in mutandâ religione: in eod. n. 19. p.*
360. 388. CHRISTOPHORI BEINDORFI, *de liberis S. R. G. I. Civitatibus* apud *Aru-*
361. *mæum: Vol. 3. Diſc. 13. p. 370.* NICOLAI REUSNERI, *Germania, ſeu Majeſtas & potentia Urbium Imperialium variis Elogiis decantata: Francof.* 1605. 8. Supre-
362. mam huic rei manum impoſuit Vir publici & privati Juris doctisſimus PHILIPPUS KNIPSCHILD. JC. Reip. Esling. Syndicus, *Tractatu Politico-Hiſtorico-Juridico, de Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium, tam generalibus quam ſpecialibus, & de Earundem Magiſtratuum officio, &c. in 6 libros diviſo: Impr. Ulmæ. 1657. fol.* Catalogum Earum ſuccinctum ex eodem *Knipſchildio* & *Limnæo* ordine Alphabetico exhibet ſæpius laudatus *Bœclerus, Not. Imp. lib. 12. c. 5. p. 155. —163.*

Sectio. IX.

De Legibus Germaniæ, Judiciis, Commerciis & Re pecuniariâ.

INter cætera elogia, quibus *Laonicus Chalcondylas, Rerum Turcicarum lib. 2.* Germaniam noſtram exornat, non minimum eſt hoc quod illi attribuit; inquiens: Εὐνομεῖται δὲ ἡ χώρα αὕτη μάλιϛα δὴ τῶν πρὸς τε ἄρκτον τε καὶ ἑσπέραν πασῶν τῶν ταύτῃ χωρῶν ἅμα καὶ ἐθνῶν. *Iſta natio gubernatur melioribus legibus, quam ulla earum vel regionum vel gentium, quæ reſpiciunt vel ſeptentrionem vel occidentem*; & paulò poſt. Εὐνομεῖται μάλιϛα δὴ ἐθνῶν, ὧν ἡμεῖς ἴσμεν: *nec eſt gens, quod ſciam, quæ melioribus regatur legibus.* Egregium ſanè encomium, ſi non hoc majus, quo *Tacitus* eam exornat: Plus ibi boni mores valent, quam alibi bonæ leges. *de Moribus Germ.* c. 19. & paulo ſuperius: *Nemo illic vitia ridet, nec corrumpere & corrumpi ſeculum videtur*: Mentibus ſcil. inſcriptas eos habuiſſe optimas leges, prudentisſimus Auctor indicat, non charſis, quod etiam jure præ altero commendat, ISOCRATES *in Areopagitico, p. m. 289. Ed. Baſil.* 1613. 8. Id quod de ſui ſeculi moribus, aut illi proximioribus intelligi debere conſtat, cum de antiquis legibus, ubi ſcripto demum comprehendi cœperunt, hoc teſtimonium accipi non posſit, *tum caſcæ illæ Majorum noſtrorum leges planeq; inter prima Germanicæ Antiquitatis monumenta cenſendæ, Alemannicæ Bajoaricæ, Saxoniæ, Franciæ & aliæ præterquam quod verbis aſperæ, etiam reipsâ longius ab æquitate recedunt, tanquam â Mavortiis profectæ nationibus, quæ potius ma-*

nusferro

nus ferro quam ex Jure conferere, & in castrensibus armis, quam subtili juris indagatione operam ponere consuevissent, juxtà Ennianum illud.

Bellipotentes erant mage quam sapientipotentes.

Uti loquitur M. FREHERUS, in Not. ad l. c. *Chalcondylæ* Verum quod hasce
363. antiquas leges concernit, omnem in hac re laborem exhausit Magnus CONRINGIUS qui libro de *Origine Juris Germanici*, accuratisſimè tractavit *de legibus Ostro-*
364. *gothorum & Wisigothorum*, quas Galliæ JCtorum ornamentum ingens PETRUS PITHOEUS, in publicum edidit: Itemque *de legibus Burgundionum, de Lege Salicâ Francorum, Legibus Alemannicis & Bajoaricis, &c.* quas in lucem produxit, doctis-
365. simus FRIDERICUS LINDENBROGIUS, *Codice legum antiquarum*; exc. *Francof.* 1613. *fol.* de *Legibus porro Longobardorum, de Caroli M. de Ludovici Pij Legibus*, quæque ulterius in Germaniâ legum ratio fuerit, ad Ottonem usque M. *de Weichbildo Magdeburgensi*, de *Jure Lubecensi*, de quo prudentisſimè & præclarisſi-
366. mè commentatus JCtus summus DAVID MEVIUS, qui lib. impressus, *Lipsiæ* 1642. 4. & 1663. fol. Porro quâ ratione Jus civile Romanum, itemq; Pontificium in Germaniâ radices egerit, viresque in judiciis acquisierit: De *Jure* insuper *Saxonico*, [de quo videri etiam poterunt, P. HEIGIUS, *Quæst. septimâ à p.* 95. & JOHAN-
367. NES GRYPHIANDER, Commentario historico-juridico, de *Weichbildis Saxonicus, in quo inter alia vetusti Judiciorum Saxonicorum ritus, Leges, Magistratus, mores, babitus, &c. explicantur & illustrantur*: *Argentor.* 1666. 4.] prolixius enim de hoc Jure agendi inferius nobis suppeditabitur, occasio, cum ad reliqua quæ ad hunc titulum spectant, jam sit properandum: ubi se offert.

AUREA BULLA:

HÆc [de cujus Elogiis videri poterit CARPZOVIUS *de Lege Regiâ Germanorum, c.* 3. *sect.* 2. *n.* 11. *p. m.* 56. non ratione tantùm appensi sigilli aurei, sed etiam ipsarum, quas comprehendit, rerum ratione, verè aurea dici meretur, utpote quam Imperii nostri fundamentalem Legem esse, unanimi consensu fatentur Juris publici Doctores: Neque sanè dubitandum, quin hæc ipsius præstantia causa extiterit non solum tot Editionum, quæ, ne Ejus unquam obrepere posset
368. oblivio, in publicum procuratæ sunt, inter quas laudem etiam meretur *Francofurtensis illa*, quæ inter privilegia Civitatis ejusdem celeberrimæ, *impr. ibid.* 1614. *fol.* invenitur, p. 53. & *seqq.* ex vero originali Francofurtensi transumta; cui etiam germanica versio, verborum quantum fieri potuerit, genuinum sensum exprimens subjecta à p. 95. — 134; sed etiam tot doctisſimarum Annotationum, & Commentariorum, quæ non solum in systematibus Juris Publici, quorum superius mentio facta, leguntur, sed quas peculiaribus libris in bonum publicum ediderunt,
369. Viri Juris hujus peritisſimi, GERLACUS BUXTORFIUS, *Dissertatione ad XVII. Capita priora Aureæ Bullæ Caroli IV.* in *Repræsentatione Imperij Rom. p.*
370. 246. & *seqq.* DOMINICUS ARUMÆUS, cujus *Discursus* auctiores iterum edidit, Vir Nobilisſ. atque Consultisſimus, ERNESTUS FRIDERICUS SCHRÖTERUS,
371. Jenæ. 1663. 4. MARTINUS RUMELINUS *Dissertationibus ad A. B. Caroli IV. Imp. cum Additionibus* NICOLAI MYLERI JCti, *Stutgardiæ* 1655. 4. Dn. GE-
372. ORGIUS DIETERICUS, S. Cæs. Maj. Consiliarius, &c. cujus Commentarius prodiit, *Francof.* 1658. 4. quibus Jure etiam addimus JOH. VOLK. BECHMANN/
373. JCti & Antecess. Jenensis, &c. *selectas Exercitiones Juris publici juxta Ordinem Aureæ Bullæ Caroli IV. Imp. dispositas, Jenæ* 1671. 4.

Capitulationes Imperatoriæ.

HAs legum etiam fundamentalium appellatione honorari apud LUNDORPIUM, fatetur ipse *Hippolytus à Lap. part.* 1. *c.* 11. *sect.* 2. 155. & 56. Quæ illarum Origo, & quo tempore cœperint, prolixè disquirit CARPZOV. *de Lege Reg. Germ. c.* 1. *sect.* 8. qui ad Conradi usque tempora promovere videtur, cum tamen nullam, ante Imperatoris Caroli V. tempora, quæ antiquior sit reperiri

scribat, *Eccl. Not. l. 12. c. 3.* Hanc Caroli V. Capitulationem, quam summatim etiam exhibet SLEIDANVS, *lib. 1. Comment. n. 41.* in formâ, GOLDASTVS To. II. der Reichssatzungen: Ferdinandi I. Maximil. II. Rudolphi II. Matthiæ, Ferdinandi II. Ferdinandi III. (quæ & legitur apud *Reinkingi-*
374. *um* lib. 1. cl. 3. c. 9. p. 262.) JOHANNES LIMNÆVS, Jurispublici peritorum Coryphæus, cum *Annotamentis* edidit, *Argentor.* 1651. 4. Plenissimê hoc negoti-
375. um tractavit, JCtus Germaniæ celebratissimus BENEDICTVS CARPZOVIUS, *Comm. in* Legem Regiam Germanorum seu Capitulationem Imperatoriam, *Juridico-Historico-politico: vivam faciem status Imperij Romano Germanici moderni, veramq; delineationem conduntatæ & indivisæ potestatis Cæsaris Augustissimi, Procerumq; Regni Illustr. circa summa Majestatis Jura Imperijq; administrationem exhibente, Hanoviæ,* 1669. *fol.*

PAX PUBLICA Landtfriede.

QVam saluberrimè hæc comparata & promulgata sit, quantumque ut sarta tecta conservetur Reip. Germanicæ intersit, videri poterit ex iis quæ tradit modo laudatus *Carpzovius de L. Regia Germ. c. 3. sect. 4. n. 2. 3.* SCHUTZIVS, *vol. 2. Disp. 4 th. 2. usq; ad 9.* & ante omnes qui peculiari eam Commentario illustravit
376. ANDREAS GAILIVS, Tr. *De Pace Publicâ & ejus Violatoribus atq; Proscriptis seu Bannitis Imperij*, qui Observationibus ejus Practicis, variè sæpiusq; editis subjunctus plerumque legitur: Hanc merito excipiet.

PAX RELIGIOSA Der Religions Friede.

CUm enim non minoribus Respubl. motibus concutiatur, si diversarum Religionum odio inter se ipsa deseviant unius Imperii atque Regni membra, non solum de Pace publicâ, sive politicâ & prophanâ, sed etiam de Religionis Pace soliciti fuerunt Ordines Imperii, quam propterea Capitulationibus Cæsareis etiam inseri, & ad ejus observationem Imperatorem astringi curaverunt Principes Electores. De hoc Germaniæ nostræ Palladio præter alios videre poterit supra laudatus *Carpzovius de L. Reg. c. 3. sect. 6. & seqq.* Knipschild / *de Civit. Imper. Juribus & Privil. l. 2. c. 3. per tot.* & qui peculiaribus libris de hoc argumento scri-
377. pserunt P. SYRINGIVS seu JVSTVS SPRINGERVS, Hildes. *Dissertatione Analytico-Nomicâ de Pace Religionis in Comitiis Augustanis Anno Christi* 1555. *solenni more condita & promulgatâ in Nucleo Juris P. n. 27. p. 1231.* & apud *Arumaum Vol. 2.*
378. *Disc. 10.* QVIRINVS CVBACHIVS, *De Constitutione Religiosâ*, *Disc. 12. p. 450.*
379. JOH. MUTERVS, *de Pacificatione Religionis in Comitiis Augustanis Anno Chr. 1555 consensu, Procerum sub regimine Caroli V. solenniter promulgatâ n. 11. p. 436.* FRI-
380. DER. ALB. MAULIUS, Tract. *de Pace Religiosâ ex Constitutionibus Imperij, Votis Cameralibus & Germaniæ JCtis collecto, Francof.* 1656. 12. & qui primo loco nomi-
381. nandus fuisset, Dn. CHRISTOPHORVS LEHMANNVS, qui memorabili Opere exhibuit historiam tum circâ TransactionemPassaviensem 1552. tum circa pacem Religionis libris III. h. tit. *Acta publica & Originalia de Pace Religionis*, Oder Reichshandlungen/Schrifften und Protocollen über die Constitution des Religions-Friedens/ &c. impr. *Francof.* 1631. 4. Neque omittendi hic erunt, qui scriptis suis enervare illam conati sunt FRANCISCUS BURCHARDVS, *Autonomiâ*,
382. [de quo Auctore vid. *Limn. l. 1. c. 13. q. 19. & Schutzius vol. 1. Disp. 4. th. 11.*
383. Itemque Auctores libri, qui inscribitur *Pacis compositio inter Principes & Ordines Imperij Romani Catholicos, atq; Augustanæ Confessioni adhærentes in Comitiis Aug. 1555. edita, quam JCti qui dam &c. Quæstionibus illustrarunt, Dillingæ,* 1629. Quibus vero alii, qui pectore pacis atque æquitatis amantiori hoc negotium tractarunt, passim occurrere satagunt.

De

DE INSTRUMENTO PACIS OSNABRUGO-MONASTERIENSI, RECESSIBUS IMPERII ET ACTIS PUBLICIS.

MAximè ſane Reip. noſtræ intereſſet, ſi exacta Pacis hujus Hiſtoria elaborata ſuppeteret, unde non tantum quibus rationibus illa coaluerit, cognoſci, ſed etiam univerſi Rom. Germanici Impr. ſtatus illius temporis penitius inveſtigari poſſit: Cum vero adhuc eâ deſtituatur Patria noſtra, iis quæ *Theatrum Europæum*, *Acta publica Lundorpij*, pluresque tunc temporis evulgatæ Relationes atque Diſcurſus ſuppeditant, contentos nos eſſe oportebit. Inſtrumentum autem illud variè excuſum, *Diſcurſibus Juridico-politico hiſtoricis*;
384. ficto ſub nomine illuſtravit PHILIPPUS ANDREAS BURGOLDENSIS, Titulo, *Notitia Rerum illuſtrium Imperij Rom. Germanici*, qui prodierunt primò *Freiſtadij Anno* 1668 8. poſtea vero auctiores & magnam ſui partem locupletiores ſtudio VVarmundi à Friedberg, variis cum Additionibus editi ſunt 1669. 4. Ad normam hujus Pacificationis Oſnabrugo-Monaſter. *Exercitationes ſuas Juris Publ. deciſas tertia vice* edidit JOHANNES WURMSERUS, J. U. D. & in Aca-
385. dem Tub. P. P. Tub. 1654. 12. Tandem inter fundamentales Imperii Romano-Germanici leges, & quidem Jure optimo recenſemus Receſſus Imperii utpote qui communes Imperii, id eſt, Imperatoris & ſtatuum conſtitutiones ſunt, ad Imperii negotia ſpectantes, variis in Comitiis ſancitæ. Variè etiam illi
386. & ſeparatim editi, junctim vero Tit. Aller des H. Röm. Reichs gehaltener Reichs-Täge / Ordnungen Satzungen und Abſchiede / ſambt andern Käyſerl. und Königl. Conſtitutionen, als güldene Bülle / Religion-Land-Fried / Müntz- und Cammergericht / und was denen mehr anhängig betreffend / wie die von Jahr 1356. biß auff 1603. auffgericht / was darinnen erneuert / approbirt, weiter erkläret / und gebeſſert worden; Moguntiæ 1607. qui poſtea adjectis & ſubſequentium Comitiorum Receſſibus noviſſimis recuſi ſunt, ibidem Anno 1660. fol. Longius hanc rem re-
387. petit Vir de Germaniâ longè meritiſſimus MELCHIOR HAIMENSFELDIUS GOLDASTUS, qui *Imperatorum Cæſarum Auguſtorum, Regum & Principum Electorum S. Romani Imperij, Statuta & Reſcripta Imperialia, à Carolo M. primo è Germanis imperatore, usq; ad Carolum V. & Reformationem Religionis, maximam partem ex MSS. & vetuſtis monumentis compoſuit*, & bono publico produxit; *exc. Francofurti ad Mœnum* 1607. *fol. De Receſſibus Imperij biſce* Diſſertationem egregiam
388. cenſente ipſo *Bœclero*, edidit Vir Conſultiſſimus Dn. ERICUS MAURITIUS, Prof. Tubing. & Chilonienſis. quæ eſt Tertia inter *Exercitationes, Juris publici* à Dn. FRITSCHIO collectas, Parte tertiâ, p. 145. *Paratitla* eorum dedit ANTON. CASPAR FRITZIUS, 1664. 12.

Optimo ſane Jure huc referimus Auctores iſtos, qui Acta Imperii publica collegerunt, in ordinem reduxerunt, atque bono publico evulgarunt: Inter quos præter GOLDASTUM atque LEHMANNUM, quorum alibi mentio fit, occurrit Vir Rerum Germanicarum ſuo tempore peritiſſimus, FRIDERICUS
389. HORTLEDERUS, qui Tomis duobus Politica Imperialia edidit, oder Reichshändel / darinnen allerley Rathſchläge / Bedencken / Send- und andere Brieffe / Bericht / Supplication Schrifften / Befehl / Entſchuldigungen / Proteſtationes, Recuſationes, Außführungen / Verantwortungen / und andere viel herrliche Schrifften zu finden. Nürnberg apud Endteros in fol. Itemque MICHAELIS
390. CASPARIS LUNDORPII. Acta Publica: Der Röm. Käyſerl. Maj. und des H. Röm. Reichs Churfürſten und Stände Acta publica, und ſchrifftliche Handlungen / Außſchreiben / Sendbriefe / Unterricht / Propoſitiones, Reſolutiones, *Monitoria*, Avocatoria, Achtserklärungen / Verträge / Rathſchläge / ꝛc. Darinnen fürnemlich die Urſach des Böhmiſchen und erfolgten deutſchen Krieges / und was ſonſten ab Anno 1608. auff Reichs-Wahl- Collegiat Diſputations, Creyß-Tägen

Q verhan-

verhandelt worden/ zubefinden in vier Theilen zusammen getragen/ umb ein grosses vermehrt / und in richtige Ordnung gebracht; Franckf. 1667. fol. quibus successere, Anno 1668. Continuatio prima, seu Tomus quintus, & sextus, quibus die Westphalischen general Friedens Tractaten oder was von Jahr 1640. biß ins Jahr 1653 schrifftlich verhandelt / und ad dictaturam gegeben worden / continentur sequenti verò tempore, Tomus etiam septimus prodiit, & tandem Anno 1670. Tomus octavus, qui ea quæ ab anno 1656. usque, 1664. publicè acta sunt complectitur: Claudemus hanc de legibus statutisque Germaniæ materiam elegantissimo
391. tractatu sæpius supra laudati Domini SCHOTTELII, *de singularibus & antiquis in Germaniâ Juribus & observatis, maximam partem adhuc usitatis*, qui prodiit *Gvelferbyti* 1671. 8.

De Judiciis Germaniæ.

392. UT brevioribus esse hic nobis liceat exquisitissima industria Magni CONRINGII præstitit, Exercitatione, De *Judiciis Reip Germanicæ, exc. Helmst.* 1647.
393. 4. unde summatim quædam repetit Magnif. Dn. STRAUCHIUS *Exercitationum exotericarum ultima:* Jungi his possunt, quæ de Scabinis, *Antiquis, medii ævi, & recentioribus* meditatus est, doctissimus atque meliori fato dignus, FRIDER.
394. BRUMERUS *Lips.* ubi tot Viris eruditis prætermissus hactenus *Taciti* locus de *centenis Comitibus Germanæ scripturæ ex ingenio Illustris Reinesii vindicatur atque explicatur*: *Lipf.* 1662. 4. Cum verò ejusmodi judicia variis incommodis, quo minus ordine & loco stabili essent vexarentur, & ambitu modo, modo vi turbarentur, ut Germanorum Principum discordiâ invalescente, quæ legibus & judiciis terminari deberent, vi & latrociniis, juris manuarii licentiâ disceptarentur, alia componendarum litium ratio inita, & particularia judicia frequentari cœpta: ex quibus ordine breviter perlustraturis se offert.

CAMERA IMPERIALIS.

AUgustissimum hoc Tribunal, quod nec Auctoritate suâ, neque Consultissimorum de Jure Virorum numero, atque scientiâ nobilissimâ, Parlamento ulli aut Rotæ cedit, primordia sua debet Maximiliano I. Imperatori prudentissimo, qui cum se negotiis & locis distractum non semper causis reisq; audiendis & componendis vacare posse animadverteret, illud Anno 1495. instituit, habeturque ejus Lex publica, in Recessibus Imperii, Articulis viginti sex comprehensa: Locus verò Anno 1530. per Carolum V. Spira, tanquam perpetua sedes Cameræ, cum exceptione tamen certorum casuum, denominata est: De hoc plerique Juris publici Scriptores, locis pro Methodo competentibus, prolixè satis egerunt, paucos hic, ne in JCtorum messem falcem immittamus, adducere suf-
395. ficiat. De *Jurisdictione* ejus v. LEIPOLDUS ap. ARUM. J. P. Vol. I. *Disc.* 13.
396. THOMAS MICHAEL, *Cameræ Imperialis Assessor quondam gravissimus, Conclusionibus Theoretico-Practicis ad præsentem Germanorum Reip. formam & usum accommodatis, de S. S. Cæs. Maij. Cameræ, Statuum Imperij & aliorum Magistratuum Jurisdictione, in Nucleo J. P. Disc.* 17. *p.* 595. *& seqq.* *Pandectas Camerales* edi-
397. dit GVILHELMUS RODINGUS, ex novis constitutionibus Imperii, generalibus & specialibus Decretis, Sententiis & Præjudiciis Cameræ, ut & Indice locupl. adauctas & ad stylum Cameræ hodiernum accommodatas, impr. *Spiræ Nemetum* 1660. 8. quo etiam conducunt *Cameræ Imperialis Methodus Juris ex Imperij ordinatione aliisq; eam secutis legibus, Decretis, Sanctionibus, SCtis, peculiaribusq;*
398. *Cameræ scriptis &c.* publicata, à CASP. WILHELMO SCIPIONE. *Francof.* 1610.
399. 12. CHRISTOPHORI SCHWANMANNI. *Opera Rerum Cameralium in unum digesta*; multis noviter *Qq.* plurimisque differentiis Juris Civ. & Cameralis: It: supplicationibus aliisque formulis adaucta & illustrata. *Tubingæ* 1649. 4. JACOBI BLUMEN / J. U. D. & *Cam. Imp. Advocati*, *supplicationes Camerales*,
oder

oder Formular Buch/außerlesener zierlicher Supplicationen / welche die nechst abgelebten Jahre absonderlich von Anno 1660. biß Anno 1664. an hochlöbl. Käyserl. Cammergerichte / umb allerhand Proceß über die Reichs *Constitutiones*, außzubringen / *extrajudicialiter* übergeben/nebenst darauff jedesmahl erfolgten *Decreten* und beygefügten *Annotaten* / Franckf. 1666. 4. Maxime verò omnium, ADR.
400. GYLMANNI, Tomi VI. *Symphorem. Supplicationum, pro Processibus super omnibus & singulis Imperij Rom. Constitutionibus in supremo Cameræ Imperialis Auditorio impetrandis; cum adjunctis Votis seu Relationibus & Decretis desuper redditis, earumq́; requisitis: additis variis Consultationibus Dubiis & Decisionibus ad singulas Imperij Constitutiones & Cameræ Processum pertinentibus*: qui prodierunt *Francof.* 1604. & seqq. in fol. *De Revisionibus Actorum* & sententiarum pronunc. peculi-
401. arem Tractatum edidit BENDERVS, exc. Colon. 1659. 8. *Processum* ugustissimi Cameræ Imperialis Judicii in Tabb. redactum, dedit JOH. BEITZ / *Holsatus, impr. Jenæ. 1661. fol.* quem etiam exhibet EMERICVS à ROSBACH / *Processu Judiciario*, secundum Ordinationem, Usum & Consvetudinem Cameræ Imperialis & summorum Germaniæ Judiciorum *Francof.* 1645. 4. *Judicij Cameræ Imperialis, Personæ*, ab ejus ordinatione ad Annum usque 1618. excl. G. W.
402. WORMSERVS, JCtus, *ejusdemq́; Advocatus* collectas ac distributas in publicum dedit. Spiræ 1618. 8.

JUDICIUM ROHTVVILENSE.

PRæter laudatum *Bæclero Paurmeisterum*, qui eximiè, Ipso Judice, de hoc argumento tractavit, lib. 2. de Jurisdictione, c. 7. doctissimam etiam Eexercitationem de *Judicio Rotbwilensi* vom Käyserl. Hoffgericht zu
403. Rothweil / scripsit, quem superius nominavimus D. ERICVS MAVRITIVS ubi & de aliis Germaniæ judiciis lectu dignissima inseruit. Exhibet eam D. AHASVERVS FRITSCHIVS, *Parte secundâ Exerc. sextâ*, cui & Ejusdem Auctoris de *S. Cæs. Majestatis & Imperij Judicio aulico*, Vom Käyserl. Reichs Hoffrath / Disputationem præmisit. Ceterum, sicut ordinatio Cameræ, rem omnem quæ ad eam spectat complexa est, ita hîc quoque Ordinatio Judicii Rotwilensis des Keyserl. Hoffgerichts zu Rothweil quæ noscenda sint exhibet; In quam Ordinationem
404. PAULUS MATTHIAS WEHNERVS edidit Commentarionem, adeo in toto Imperio probatam, ut teste *Bæclero*, cum à Ferdinando II. glor. mem. deputarentur, qui hujus judicii formam cognoscerent, & referrent, disertè ipsis injunctum fuerit, ut Wehneri adversiones sequerentur, sicut refert BESOLDUS in Thes. Practico vom Rothweilischen Hoffgericht. De *Judicio Westphalico*, *occulto seu Vebmico*, vom Vehmgerichte / Freygerichte / Freystul / *videri inter alios possunt*, Dn. CONRINGIVS, *de Judiciis Germ. th.* 40. GRYPHIANDER *de*
405. *Weichbildis Saxonicis*, c. 54. p. m. 134. & seqq. WEHNERVS & SPEIDELIUS v. Westphalisch Gerichte / WINCKELMANNUS, *Notitia Historico-politico, veteris Saxo-Westphaliæ* l. 4. c. 6. p. m. 559. Item MARQVARDVS FREHERVS, Tractatu singulari de *secretis Judiciis, olim in Westphaliâ & alibi usitatis, postea verò abolitis*.

De Comitiis Imperii Romano-Germanici.

HOsum quanta sit in Imperio nostro Romano-Germanico, utilitas, facile fatebitur, qui gravissimas in Comitiis lites, quæ inter ipsos status ac alios etiam exurgunt, amicè componi, & subinde renascentes de Pace Religionis, de fœderibus, bello, legibusque quæstiones, variaque Tributorum, monetarum, aliaque pro salute Imperii & securitate, negotia tractari atque decidi animadverterit, ut jure optimo Comitia salutari possint, Augustissimus totius Imperii Senatus, melior pars Reip. arbitrium Principum, refugi-

um innocentiæ, & robustissimum inter potentiam Magnatum
& imbecillitatem pauperum repagulum. Peculiariter de his ege-
406. runt, BERNHARDVS BERTRAM, *Quedlinb. in Nucleo J. P. Disc. 10. p. 752.*
407. Prolixius autem sæpius laudatus DOMINICUS ARUMÆVS, *Commentario Ju-
ridico-Historico-politico de Comitiis Ro. Germanici Imperij, exc. Jena. 1630. 4.*

De Re pecuniariâ Germanorum Veterum.

SI votis hic res peragenda esset, optandum sane foret, ut Viri quondam Magnifici, Nobilissimi, longeque Doctissimi DN. JOANNIS ANDREÆ BOSII, Polyhistoris incomparabilis, Fautoris, dum viveret, & Præceptoris mei honoratissimi, nunc heu! desideratissimi, Schediasma, De nummis veterum Germanorum, quod in Catalogo Librorum Lipsiensi, nundinis vernalibus Anno 1674. promiserat, lucem aspexisset: plenissimam enim hujus adeo abstrusæ rei cognitionem inde hauriri potuisse, dubitare nos minime permittit, consummatissima Tanti Viri eruditio, quam scriptis compluribus doctissimis, literato Orbi dudum probavit. Verum cum hunc Thesaurum nobis invidit Fatorum immaturitas, videri possunt, quæ de hæc materiâ brevius quidem scripsit
408. JOACHIMVS VADIANVS, *Consul Sangallensis*, Vir longê eruditissimus, *Far-
ragine Antiquitatum Allemannicarum*, sub finem lib. I. p. 29. Tomo III. *Scripto-
rum Rerum Aellmannicarum à Goldasto collectorum.* Nec inutiliter hic adhiberi
409. poterunt, quæ de *Monetis* tractavit JACOBUS ALEMANNUS JC. in *Palestrâ
Consultationum Juris illustrium, Magdeb. 1613. 8. editâ. Consult. 8. â p. 370. usq;*
410. 931. itemque Auctor Disc. I. Vol. V. D. ARUMÆI, qui complures alios, qui de
re monetariâ scripserunt, recenset, quæ nonnulla huc spectantia sine dubio sup-
411. peditabunt. Ceterum de *modis acquirendi priscorum Germanorum* Di-
sputationem habemus Magnif. Dn. STRAUCHI. quæ super
Tacitum de Moribus Germanorum ordine se-
cunda est, impr. Lips. 1650. 4.

Sectio X.

De Germanorum Religione, Episcopatibus, Monasteriis, Sanctis: Item de Academiis, Viris doctis & Bibliothecis.

QVamvis *Bodinus Methodi. sua historiarum c. 5.* quo de *recto historiarum judicio* agit, levitatis notam conterraneis suis Gallis abstergere, ejusdemque maculam Germanis affricare & in Religione inconstantiæ arguere annitatur, p. m. 165. & seq; non tamen omnibus id persvadebit, quibus cognitum quanta cum pertinaciâ, Majores nostri Germani veteres, profano idolorum cultui adhæserint, & quam serò eum tandem post clades gravissimas ejurarint. Quis enim nescit, qui vel à primo limine patriæ historiam salutavit, quot annis Carolus Magnus, una cum Saxonum gente bella gesserit, quot præliis cum iis conflixerit, antequam Witikindus, Rex herbam porrigeret & pacem simul & Christianam Religionem reciperet, quæ Dei T. O. M. beneficio post adeo spissas paganismi tenebras, adeo crevit, ut ArchiEpiscopatuum, Templorum, Monasteriorumq; splendore pariter & numero, nulli fere Europæ provinciæ Germania cedat. Verum de his more hactenus consveto, in genere dicenda quædam erunt, Auctoresque nonnulli, huic negotio explicando & illustrando adducendi, cum reliquos speciali locorum enarrationi reservamus; Quod igitur Deos Germanorum veterum concernit, veidri porest, JUL.

CÆ-

CÆSAR. *Comm. de B. Gall.* l. 6. c. 21. TACITVS *de Moribus Germanorum c.* 9.
cumprimis verò sæpius laudatus nobis PHILIPPVS CLUVERIVS, *Germ. An-*
tiq. l. 1. *c.* 22. ubi Deorum cultum, cultusque Procuratores, Sacerdotes, Germa-
nos jam inde â primordio gentis habuisse demonstrat, *c.* 23. ubi de origine sacer-
dotii *c.* 24. ubi de variis priscorum sacerdotum seu sapientum generibus, de au-
ctoritate & disciplinis eorum, itemque de nomine apud Germanos, *c.* 26. 27. 28.
29. & seqq. de variis Deorum Dearumque Germanis ólim cultorum nominibus
& religione prolixè agit. De Idolis Slavorum, *Prove* Deo Altenburgensium,
412. *Siwa* Deâ Polaborum, *Radigasto* Deo Obotritorum, videri potest, HELMOL-
DVS *Chron. Slavorum lib. I. c.* 82. & quæ ad illum locum eruditè commentatus
est, HENRICVS BANGERTVS, p. 125. 126. 127. *ed. Lubecensis.* 1659. 4. De
Dianâ aliisque Deastris in Trevirensi Electoratu & Luzenburgensi Ducatu maximè
413. cultis, vide nonnulla apud JOHANNEM BERTELS Abbatem Epternacensem,
dilucidâ & succinctâ Descriptione Deorum sacrificiorumq; gentilium, impr. Colo-
niæ: 1606. 4. Deus Celtarum veterum Endovellicus, cujus memoria nullibi
veterum monumentorum, præterea quam in Inscriptionibus antiquis, in Villa
Vizosâ Lusitaniæ repertis, & post *Resendium* â P. *Grutero*, editis, extat, evolutus
414. â D. T. R. Utilitatis publicæ gratiâ editus â TOBIA SEYFARTO, p. t. Scholæ
Altenburgensis Rectore: exc. Altenburgi 1636. 4. Irmensulam Saxonicam
h. e. Ejus nominis Idoli sive Numinis tutelaris apud antiquissimos Saxones paga-
nos culti, & â Carolo M. per occasionem belli Saxonici devastati luculentam
415. accuratamque descriptionem, Industriæ debemus, doctissimi HENRICI MEI-
BOMII. quæ prodiit *Helmstadij.* 1612. 4. Peculiare vero de *Dîs Germanorum*
syntagma conscripsit ELIAS SCHEDIVS, quod exc. *Lugd. Batav.* 12. Tædet
me sane harum tenebrarum, unde & plura Auctorum loca, ubi Germanorum
Idololatria describitur, lubens prætervehor, cum ad Evangelii lucem in Patria eti-
am nostrâ accensam, animus properet: Quibus vero initiis & progressibus Ger-
416. mania nostra illustrata fuerit, consuli potest, JOHANNIS HENRICI VRSINI
Compendium historicum de Ecclesiarum, Germanicarum origine & progressu, ab A-
scensione Domini usq; ad Carolum Magnum, Norinb. 1664. 8. Locus verò hic me
admonet, ut nonnulla

DE S. BONIFACIO.

Commemorem: Is primus Moguntinorum Archiepiscopus, ex Augusto Regum
Angliæ stemmate ortus, antea *Winfridus* appellatus, Fundator Fuldensis,
plenius erudivit Germaniam in Christianismo, & eam ab erroribus Arrianis & ali-
is repurgavit, unde Germanorum Apostolus dici meruit: fundavit & in-
stituit auxiliis Caroli M. Episcopatus tres, Herbipolensem, Aystetensem & Fry-
singensem, &c. verba sunt *Casparis Bruschij*, libro mox nominando, Videri poterit
417. de eo quæ scripta reliquerunt JOHANNES de BECKA *Canonicus Ultrajectinus*,
de *Episcopis Ultrajectinis*, p. m. 14. & quæ congessit ibi polyhistor ARNOLDVS
BVCHELIVS, JC. doctissimis notis suis, quæ prodierunt *Ultrajecti*, 1643. in fol.
& SERARIVS, *in Historiâ Moguntinâ*, inferius nobis laudanda, aliique. Pecu-
418. liaribus vitam ejus libris descripserunt OTHLONVS sæpius Vrsino nominatus,
419. Itemque JOHANNES LEZNERVS, *Hardessianus*, diligens Antiquitatum Germa-
nicarum investigator, opusculo bipertito, quorum prius inscripsit, *Historia*
S. Bonifacij Der deutschen Apostel genandt: welcher in Düringen/Hessen/und andern
derselben benachbarten Landen/ die Teufflischen und Heidnischen Götzen umbgeworf-
fen/zerbrochen und abgeschafft / und an deren statt den Christlichen Glauben ange-
richt: posterius verò, seu Pars altera Epistolas exhibet, â Bonifacio scriptas
vel ab aliis ad eum missas, woraus (verba Auctoris sunt,) erstlich die antiquität/
darnach auch/wie man es damahls in Abstellung und Niderlegung der Heydnischen
Götzen und derselben Gebrauche / und in wider anrichtung der Evangelischen und

Christlichen Religion angefangen / und in den Stand gebracht zu ersehen ist / impress. Erffurti 1603. 4.

Episcopatus vero *Germaniæ* quod attinet, idem quod *Papirio Massono Consilium in notitiâ Episcopatuum Galliæ*, & hic fuit CASPARI BRVSCHIO, *E*-
420. *grano*, cujus & supra Montis Piniferi occasione mentionem fecimus: Magnum illum opus affectasse satis constat; quod tamen imperfectum reliquit. Tomi primi Epitome continet Annales Archiepiscopatus Moguntini, ac duodecim aliorum Episcopatuum, qui Moguntino, Suffraganeatus titulo subsunt, ut *Curiensis* in Rhætis, *Constantiensis*, *Argentinensis*, *Spirensis*, *Wormatiensis*, *Augustani*, *Herbipolensis*, *Aystetensis*, *Hildesiensis*, *Paderbornensis*, *Halberstadensis*, *Verdensis*, ac denique *Babenbergensis seu Bambergensis* Episcopatus, ab omni jugo Archiepiscopali exemti, *prodijt Norinbergæ Anno* 1549. 8. Quæ de ipso hoc Auctore judicia sint, *Nicol. Serarij*, *Raderi*, *Gewoldi*, *Brouweri*, *Gretseri*, &c. B. L. videre poterit ap. *Zeilerum parte secundâ Historicorum, chronologorum & geographorum insignium*, p. m. 25. 26. Ipse quoque Bruschius de Monasteriis Germaniæ opus tentasse, cui tamen supremam manum non imposuit, testatur CHR. GEWOLD9. Metrop. Salisb. To. II. p. m. 595. *Bruschius*, inquit, *in suo de Monasteriis Catalogo, Opere quamvis imperfecto, non tamen contemnendo, Monasterij Montis Nonnarum mentionem facit.* &c. Vtrumque prosecutus est sæpius supra laudatus GABR. BVCELINVS, qui in *Germaniâ sua Topo-chrono-Stemmatographicâ*, *Germaniæ* etiam *sacræ* partes geminas exhibet, quarum priori, *Regni amplissimi & potentissimi, S. Principes, Archiepiscopi, Abbates, Præpositi legitima successione sacris impositi cathedris, ex ordine describuntur, eorundemq; subinde merita quam compendiosissimè designantur*: Posteriori vero *Nobilium aliquot, ex innumeris pene, Monasteria diversorum ordinum, Abbatiali pleraq; dignitate insignia recensentur, simulq; subinde Fundatorum Principum honori consulitur, qui dum tanta profusione sumtuum, suum in ordinum Conditores & Patronos amorem contestati sunt, sui simul nominis & religionis tanta condidere monimenta*: Verum de hisce pluribus agendi Parte IV, occasio nobis suppeditabitur, ubi Diœceses singulas, Regionesque accuratius Deo dante perlustrabimus. Paucis nunc disquirendum etiam de

DE SANCTIS GERMANIÆ.

QVemadmodum sane D. T. O. M. beneficio, vel quælibet terra suis peculiaribus elegantissimisque flosculis fructibusve coruscat, ita & cujuslibet fere Gentis Ecclesia, singularibus quibusdam sanctitatis atque integritatis splendore fulgentibus luminibus radiat, quæ silentio præterire, æqvus gratusque animus vix sustinere poterit. Vidimus Anno hujus seculi trigesimo quarto in lucem emissum syntagma historicum *Francisci de Launoy* seu *Lanovij* è religiosis ordinis S. Francisci de Paulâ, quibus Mimnimorum cognomentum est, de *octo sanctis Franciæ Cancellariis, impr. Paris.* 4. Tantum abest ut Patria nostra, Sideribus hisce tam illustribus destituatur, ut eorum non octo sed viginti & unum collegerit & illustraverit, Genere, eruditione, & dignitate Nobilissimus, BERNH.
421. à MALLINCKROT, *Additamento primo libri de Archicancellariis S. Ro. Imp. de sanctis ac beatis Germaniæ Cancellariis* p. 120. & seqq. Ceterum de *sanctis Germaniæ, & Docteribus qui Germaniam ad Christi religionem converterunt & ubi corpo-*
422. *ra eorum asserventur*, libellum ordine alphabetico conscripsit, PETRVS CRATEPOLIVS, Ord. Minorum qui prodiit Coloniæ, 1592. 8. uti & CHRISTOPHO-
423. RVS BROUWERVS. S. I. qui sidera illustria sanctorum Virorum qui Germaniam ornarunt, edidit, Moguntiæ 1616. 4.

De

De Germanorum Eruditione, Academiis, Viris doctis, & Bibliothecis.

Huic de Religione tractationi non immerito de Re literariâ, Academiis, & Bibliothecis subjiciemus, cum unâ florente altera etiam vigeat, nec parum ornamenti ab his illa accipiat. Si ergo & hac in parte Germaniam nostram respicimus, quanta & hic se offert mutatio? Cum olim nil nisi fœda dominaretur barbaries, ut TACITO, *de moribus Germ. c. 19. teste literarum secreta Viri pariter ac fœminæ ignorarent*, quid jam Germaniâ cultius, aut Germanis doctius, qui tantum profecerunt, ut humanitate Asiaticis, militari disciplinâ Romanis, Religione Hebræis, Philosophiâ Græcis, Geometriâ Ægyptiis, Arithmeticâ Phænicibus, Astrologiâ Chaldæis, Opificiorum varietate populis omnibus superiores esse videantur. Audiamus idem contestantem *P. Jovium*, hominem Italum, & cetera Germanis non adeò æqvum *in Elogiis doctorum Virorum* circâ finem; *Literæ*, inquit, *non latinæ modo sed græcæ & hebraicæ, in Germanorum terras fatali commigratione transierunt. Neq; enim contenti illi suâ vetere militiæ laude, quâ Martium decus, Romanis Gentium victoribus ereptum, stabili disciplinæ severitate, feliciter tuentur, ipsa etiam pacis ornamenta, literas optimasq; artes decoqventi Græciæ, ac Italiæ dormitanti (quod pudet) abstulerunt*: Fidem fere superat, quantum Scholæ in Germaniâ, præsertim post Concilium Constantiense, pullulaverint, cum ibi plures nunc numerentur Academiæ, quam in Europâ reliquâ universa: Et ut paucarum tantum more hactenus consveto mentionem faciam: GEORGIVS
424. EDERVS Frisingensis, Catalogum Rectorum & Virorum illustrium Gymnasii
Viennensis in Austriâ ad Danubium, ab An. Ch. 1237. edidit, Impr. *Viennæ* 1559.
4. Pervetustæ autem hujus Academiæ Statuta & Privilegia, ex Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ duobus antiquis Codicibus MStis, inter Codd. MStos historicos
458. & 459. exhibet Ill. LAMBECIVS Comm. *de Bibl. Cæs. L. 2. c. 5. p. 79. — 239.*
425. Erphordiensis antiquissimæ pariter Universitatis, Rectorum Magnificorũ seriem
continua successione ab Anno N. C. 1392. ad Annũ Christ. 1614. fasces gerentium
communicata est à M. BARTHOLOMÆO HÖHNEISEN Cuprimontano. Univ. Rectore trecentesimo sexto. Erff. 1614. 4. De eadem dubia quædam de primis ejus natalitiis, indubia vero de iisdem Documentis (Privilegia scil. S. Pontificum) cum nonnullis tum Rectorum, tum Doctorũ ibidem creatorum Indiculis, ex-
426. hibet in Trophæo Hermetico-practico, sibi dedicato JOHANNES REHEFELDIVS
Med. D. & Practicus quondam hic felicissimus, *impr. Erff.* 1634. 4. De Lipsiensi
427 habemus JOHANNIS FRIDERICI FRANCI, Panegyricum secularem De *Origine incrementis atq; fortunâ Academiæ Lipsicæ*, dictum in æde Paulinâ die natali 200
428. ejusdem Academiæ, qui incidit in diem 4. Dec. *ext. Lips.* 1609. 4. Jenensis
inclytæ ad Salam Academiæ Rectorum & Professorum Syllabum, industriæ debe-
429. mus ADRIANI BEIERI, *ArchiDiac.* qui prodiit *Jenæ* 1659. 12. Heidelbergensis
Historiam seu *Orationem historicam de fundatione & conservatione Academiæ Heidelbergensis*, acceptam ferimus GEORGIO SONIO, in ead. Prof. impr. *Hanoviæ*
430. 1607. 4. Marpurgensis Academiæ Elenchum Professorum, & vitas defunctorum procuravit nobis PETRUS NIGIDIVS, qui prodiit *Marpurgi* 1591. 8.
431. Altorphinæ Norinbergensium *Publicationis Actus*, in anniversariâ Panegyri
DD. Petri & Pauli Apost. quæ incidit in 29. Jun. diem Anno 1613. celebratus, cum primâ Doctorum Renunciatione, & gratulationum Auctario: vulgatus est *Altorphi*, 1624. 4. *Athenas Batavas* seu de Urbe Leydensi & Academiâ
Virisque clarisque, qui utramque ingenio suo atque scriptis illustrarunt, libb. 2.
432. diligentiæ debemus JOHANNIS MEURSI, Philologici & Historici longe eruditissimi, publicatas *Lugd. Bat.* 1625. 4. Lovaniensem illustrarunt JUSTVS LIPSI-
433. US, *Lovanio*, seu Oppidi & Academiæ ejus Descriptione libris tribus absolutâ, &

434. impr. *Antwerpiæ* 1605. 4. itemque NICOLAUS VERNULÆUS, *Historiâ Academiæ Lovaniensis*, seu de ejus origine, incrementis, forma, Magistratibus, Facultatibus, Privilegiis, Scholis, Collegiis, Viris illustribus, rebus gestis, &c. ed. *Lovanij*. 1617. 4. Neque etiam fructu suo & successu exoptatissimo optimarum Artium disciplinarumque seminaria, tot sumtibus fundata, tantisque Privilegiis exornata caruere: Tanta enim diligentiâ & contentione, in stadio Academico, honorum escâ illecti, bonæ mentis famæque Candidati decurrerunt, ut in solâ Wittebergâ, intra centum annos, à Philosophico duntaxat Collegio, Magisterii laureâ quater mille, quadringenti & triginta quinq; studiosi donati sint, teste,
435. PHIL. ANDR. OLDENBURGERO. *Thesauro Rerumpubl. Parte IV. p. m.* 176. ed. Genev. 1675 8. nec mediocris modo conditionis juvenes eâ in palæstrâ strenuè desudarunt, & laborum suorum præmiâ modestè expetiverunt, verum etiam Illustrissimi Germaniæ Principes, aliique Generosissimi, dulcissimo hoc Nectare capti Doctoris aut Magistri honorem Avitis Titulis jungere non erubuerunt; Testis sit
436. mihi præter Oldenburgerum l. c. HERMANNUS KIRCHNERUS, Oratione *de Ducibus, Principibus, Comitibus, Baronibus, & Nobilibus Germaniæ, qui Doctores & Magistri in Academiâ publicè promoti*, exc. *Marpurgi* 1608. 4. Vasti sane operis laborem susciperet, qui cunctas Germaniæ doctissimorum Virorum vitas, aut qui de iis scripserunt omnes conferre voluerit, tanto enim in utraque tam superiori quàm inferiori Germaniâ, numero inclaruêre, quantum in nulla fere aliâ Europæ cultioris regione: nonnullos tantum, in Gentis nostræ gloriam hic adducere animus est. Occurrit autem primo JOH. TRITHEMII. *Abbatis Spanhimensis,*
437. *tum D. Jacobi Herbipol.* de Luminaribus Germaniæ Lib. Unus sive Catalogus illustrium Virorum, Germaniam suis ingeniis & lucubrationibus omnifariam exornantium, ad Jacobum Wimphelingum Schlestadium Theologum, cum ejusdem Prothesi seu additamento, *Moguntiæ* seorsim, nec non in prima parte operum historicorum ejusdem Trithemii Anno 1601. editorum in fol. ex Biblioth.
438. *Marqvardi Freberi*. ÆGIDII PERIANDRI *Bruxellensis* Germania, in qua doctissimorum Virorum Elogia & Judicia continentur: *Francofurti ad Manum* 1567. 8. MELCHIORIS ADAMI. *Vitæ Philosophorum Germanorum*, qui seculo
439. superiori & quod excurrit philosophicis ac humanioribus literis clari floruerunt: *Heidelb.* 1615. 8. *Vitæ Germanorum Medicorum* qui seculo superiori & quod
440. excurrit claruerunt ad Ann. usque 1619. ibid. 1620. 8. *Vitæ Germanorum JCtorum & Politicorum* qui superiori seculo & quod excurrit floruerunt: ib. 1620. 8. *Vitæ Germanorum Theologorum*, Heidelb. 1620. 8. & Francof. 1618. 8. BALTHA-
441. SARIS MENCII Elogia Præcipuorum Doctorum ac Professorum Theologiæ in Academia Wittebergensi *Wittenb.* 8. JOHANNIS FICHARDI, Vitæ Virorum
442. Eruditione & doctrinâ illustrium (Germani sunt decem, Itali sex, Angli duo,) à variis scriptoribus conscriptæ. *Francof.* 1536. GEORGII FABRICII Disticha
443. de Historicis & Chronographis Germanicis, de Musicis &c. Argentor. 1546. Utriusque Germaniæ Scriptorum Catalogum congessit, CORNELIUS LOOSÆUS,
444. quo doctrina simul & pietate illustrium Vitæ & opera celebrantur, Quorum item potissimum ope literarum studia Germaniæ ab Anno 1550. usque ad 1581. sint restituta. *Moguntiæ* 1582. 8. Belgarum verò seu illustrium Galliæ Belgicæ Scripto-
445. rum Icones & Elogia publicavit AUBERTUS MIRÆUS, *Bruxellensis, S. R. I Protonotarius & Decanus Antwerpiensis*, *Antw.* 1609. 4. Athenas Belgicas
446. vero FRANCISCUS SWERTIUS, *Antwerpianus*, sive Nomenclatorem inferioris Germaniæ scriptorum, qui disciplinas philosophicas, Juridicas Medicas &
447. Musicas illustrarunt, *Antwerpiæ*. Anno. 1628. fol. quo etiam spectant PHILIPPI GALLÆI, *Harlemensis Pictoris & Chalcographi* Labores, laudati LABBEO *Bibli-*
448. *otheca Bibliotb. p. m.* 179. Itemque VALERII ANDREÆ JC. *Bibliotheca Belgica*, de Belgis vitâ scriptisque clarissimis, præmissa Topographiâ Belgii totius seu Germaniæ inferioris descriptione, *Lovanij*, 1643. 4. De Flandriæ Scriptoribus Libb. tres item de Gandavensibus eruditionis famâ claris, libb. tres, Item de Bra-

449. Brugensibus eruditione conspicuis, libros duos scripsit ANTONIVS SAN-
DERVS, *Gandavensis*, *Canonicus Tornacensis*, impr. *Antw. Anno* 1624. 4. Sidera
450. illustrium Hannoniæ scriptorum, edidit PHILIPPVS BRASSEUR. *Montibus*
Hannoniæ. 1637. 8. De Scriptoribus *Atrebatensis Civitatis sive Artesianæ provin-*
451. *ciæ*, egit FERREOLVS LOCRIVS, *Paulinas Atrebatensis*, sub finem Chronici
Belgici. 4. *Atrebati* 1616. Quibus enumeratis addi possunt & illi, quos lauda-
452. vit VAL. HENRICUS VOGLERVS *Introductione universali in Notitiam cujus-
cunq; generis bonorum Scriptorum Helmstad.* 1670. 4. capite præsertim 23. 24. 25.
cum ad Bibliothecarum quarundam enumerationem progrediamur. Hæc igi-
tur, omnis Eruditionis Armamentaria instructissima quod concernit, non mi-
nus & hisce superbit nostra Germania, ut reliquis cultioris Europæ partibus, si
non palmam omnino præripiat, librorum tam MSS. quam excusorum varieta-
te atque numero, & quod præcipuum est, utendi commoditate, minime certe
iis cedet: Præmittimus vero illis merito de *Bibliothecis atq; Archivis Virorum
clarissimorum libellos & commentationes*, quos junctim edidit, Vir doctissius JO-
453. ACHIMVS JOANNES MADERVS. *Helmst.* 1666. 4. ANHALTINÆ ergo
(quippe Alphabetico progredi ordine mens est,) Σκιαγραφίαν σχηματισμένην seu
454. Tabellam exactissimam titulorum, edidit HENRICVS KITSCHIVS *Servestæ*
1609. *forma patenti*, cujus etiam Discursus de Bibliothecâ instituendâ eaque in
singulos annos locupletandâ, secundum tria vitæ genera, Theosophicum, polici-
455. cum, œconomicum legitur, *exc. ibidem* 1609. Antvverpianæ Bibliothecæ pri-
456. mordia delineavit AUBERTVS MIRÆVS, *Antw.* 1609. 4. Augustanæ Vin-
delicorum Biblioth. Catalogum typis evulgavit ELIAS EHINGERVS *Biblio-
thecarius*, *Aug.* 1663. 4. Catalogus Græcorum Codicum, qui sunt MSS. in
Bibliotheca Reip. Augustanæ, Vindelicæ, quadruplo quam antea auctior, Colle-
457. ctore DAVIDE HOESCHELIO, impulsore vero M. Vellero ejusdem Reip. Du-
umviro, prodiit *ibid. Anno* 1595. & 1605. 4. cui notatu sane dignissima hæc præ-
mittitur Inscriptio: *Quisquis Reip. literariæ faves, seu Lector sive Typographus,
horum omnium Codicum, sive interpretandi sive conferendi, sive edendi, ita tibi fu-
tura copia est, si de iis incolumibus restituendis caveris.* Eandem fere inscriptio-
nem gerit illa, cujus MSS. Græcorum Codicum Catalogum, qui in
458. inclyta Monachii Bibliotheca asservantur, publicari curavit Seren. Bava-
riæ Dux *Ingolst. Anno* 1620. 4. *Quisquis Catholicâ fide præditus, prodesse voles
Reipublicæ literariæ, hos MSS. Codices conferendi, interpretandi, edendi, copia tibi
459. esto, si de iis sine noxâ restituendi caveris.* Belgicæ *Bibliothecæ* manuscripta sive
Elenchum universalem Codicum MSS. in celebrioribus Belgii Cænobiis, Eccle-
siis, Urbium ac privatorum hominum Bibliothecis latentium, typis evulgavit,
460. superius laudatus ANTONIVS SANDERVS. *Insulis* 1641. 4. uti AUBERTVS
461. MIRÆVS. Elenchum Historicorum aliorumque scriptorum nondum typis edi-
torum, qui in *Belgicis* potissimum *Bibliothecis MSS.* extant, *Bruxellis* 1622. 8.
Gvelpherbytana instructissima Biblioth. dignissimum commendatorem in-
462. venit Magnum HERMANNUM CONRINGIVM, Epistolâ, ad *Illust. & Gene-
rosum Dn. à Boineburg.* Helmst. 1661. 4. cui addi etiam potest maximè insigne
463. ejusdem Elogium viri celeberrimi JOHANNIS HENRICI HOTTINGERI *in
Bibliothecario, Anno* 1664. *excuso*, quod superius dicto de Bibliothecis opuscu-
lo subjunxit doctissimus *Maderus p.* 145. Inter alia etenim Ille: Augusta,
inquit, *Volumina habet quasi vicesies octies mille: Ex quibus Codices MSti sunt bis
mille circiter, Græci, Latini, Hebraici, Arabici, aliarumq; lingvarum, & quidem o-
ptimæ Notæ omnes, complures hactenus typis non excusi*: Alexandrinam *superat libro-
rum multitudine*, Scorialensem, *domicilij amplitudine, Scriptorum copiâ, com-
moditate utendi, Manuscriptorum tantum numero inferior*, Mazarinianæ,
quidem quondam cessit, sed non amplius. Oxoniensis, *locupletissima Manuscriptis*,

eam tantum vincit,ut & Vaticana,(quæ Manuscriptorum copiâ hodie Princeps audit
464. *librorum tamen numero vincitur. &c.* Hamburgensis *Bibliothecæ* structæ Anno 1651. memoria extat *in 4. apud Jacobum Rebenlinum.* Ingolstadiensis Catalogum perpetuum & Alphabeticum secundum quatuor facultates in classes viginti quinque tributum, congessit, CHRISTOPHORVS FREG *Medicus & Biblio-*
465.
466. *thecæ ejusdem Custos.* NORINBERGENSIS Reip. Bibliothecæ Historiam duabus Orationibus illustravit, vir de Ecclesiâ & literis meritissimus JOHAN-
467. NES SAUBERTUS, quarum altera de ejus Structoribus & Curatoribus,altera de rarioribus quibusdam & scitu dignis agit, cum Appendice de Inventore Typographiæ, & Catalogo librorum proximis ab inventione annis, usque ab Anno Ch. 1500. editorum: Norinb. 1643. 12. Tigurinam Bibliothecam selectiorum
468. variarum linguarum & scientiarum librorum communicavit, HENRICVS
469. HVLDRICH. *Tigur.* 1629. 4. Trajectinæ ad Rhenum seu ut vulgo dicitur Utrajectinæ Bibl. Catalogus in 4. *Trajecti* editus est *Anno 1608.* 4. Agmen claudat Augustissima Bibliothecâ Cæsarea Vindobonensis seu VViennensis, quanquam hæc dignitatis ratione maximoque librorum numero, primo omnium loco ponenda fuisset, quippe quæ in præsens MSS. Voluminum ultra decem millia, & impressorum ad Centum fere millia complectitur, qua copiâ insigniorem aliam ullam ætatem vidisse,jure merito dubito. De Augustissimâ hac Bibliothecâ, Ill. LAMBECIVS, in Dedicatione Libri III. Commentariorum, ad Invictissimum LEOPOLDUM Imperatorem ita scribit: *Tuum est SACRATISSIME IMPERATOR persvasissimum habere, Descriptionem hanc Augustissimæ Tuæ Bibliothecæ, quam ego Posteritatis potissimum gratiâ, literis mando, olim inter præcipua* IMPERII TUI *fore Decora; nempe tanquam*

Monumentum ære perennius
Regaliq; situ Pyramidum altius,
Quod non imber edax, non Aqvilo impotens,
Possit diruere aut innumerabilis
Annorum series & fuga temporum.

Operis sane hujus insignis elegantia pariter atque utilitas maxima hortatur, ut Commentariorum horum singulos libros, (uti superius in monumentis paulo rarioribus factum) recenseam, quando prodierint, quæque in eorum unoquoque complecti Dn. Auctori placuerit,referam: Commentariorum igitur de Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ Vindobonensi Liber primus, Auspicio & Liberalitate, Sacratissimi Gloriosissimique Principis & Dn. Imp. Cæs. LEOPOLDI I. Pii Felicis, Inclyti, &c. editus in lucem, *Vindobonæ,* 1665.fol. in quo per Epistolam exponitur inter alia, *Origo ejusdem, Incrementa, Statusq; præsens, posteaquam ea Auspicio & Liberalitate, Sacratissimi Imperatoris Anno æra Christiana 1663. renovata & instaurata est:* Pars secunda, p. 97. præcedentis Epistolæ Appendicem continet, sive Additamenta quinque ad Historiam Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ pertinentia, quorum postremum agit, *de Aug. Bibl. Cæs. rarioribus nonnullis lingvarum orientalium Codicibus MSStis quorum Vir Cl. Wilhelmus Schickardus, in Proœm. Tarich, seu seriei Regum Persiæ meminit. p. 165.* Itemque *Catalogum quorundam MSS. Codd Arabicorum, Persicorum, Turcicorum & Hebraicorum, quos Vir Cl. Seb. Tengnagelius legavit Aug. Bibl. Cæsar.* Liber II. multitudine ac varietate rerum maximè memorabilium, uti ipse in Dedicatione suâ Dn. Lambecius affirmat, adeo refertus est, ut summam ejus exponere chartæ non permittat angustia: Prodiit *Vindobonæ 1669.* fol. Liber III. Commentariorum de Eadem *Catalogum* continet *Codicum Theologicorum Græco-*

rum

rum à primo usq; ad centesimum; uno cum Amplissima Appendice, cui inter alia etiam inserta est, (pag. scil. 293.) *Ordinatio totius Bibliothecæ impressæ, secundum præcipuas materias, & unicuiq; materiæ subjectos titulos, Vindobonæ. 1670. fol.* De Eadem Commentariorum Liber IV. complectitur *Catalogum MSS. Codicum Theologicorum græcorum à centesimo primo, usq; ad ducentesimum*, una cum amplissimâ Appendice ceu inter alia insertum est etiam *Calendarium Romanum Ethnicæ vetustatis sub. Imp. Constantino, Constantini M. Filio circ. Anno Christ. 354. compositum, & æq; antiquis duodecim mensium Imaginibus æri incisis exornatum Vindobonæ, 1671. fol.* Liber V. continet *Catalogum MSS. Codicum Theologicorum græcorum, à ducentesimo primo, usq; ad trecentesimum trigesimum sextum. Vindob. 1672. fol.* Liber VI. in duas partes divisus exhibet *Catalogum MSS. Codicum Juridicorum & Medicorum græcorum, Ibid. Anno 1673. fol.* Liber VII. demum, eorumque qui hactenus, quod sciam, publicè editi sunt, novissimus, *Catalogum MSS. Codicum Græcorum philosophicorum propriè sic dictorum* comprehendit, *qui itidem excusus Vindeb. 1674. fol.* Cui sane Viro in commodum literarium promovendum nato, longiores Vitæ annos quis non vovebit? ut non hanc modo Augustissimæ Bibliothecæ Historiam absolvere, sed & promissos Rerum Germanicarum hactenus incognitos Scriptores, aliaque plura in Germaniæ nostræ ornamentum immortale in lucem edere, laudeque suâ frui quam diutissimè possit?

Tuum est, GERMANIA, Universi hujus Monarcham Supremum supplicibus venerari votis, ut S. Rom. Imperii, Tuumq; Sidus illustrissimum, LEOPOLDUM, PIISSIMUM, FORTISSIMUM PRINCIPEM: VICTOREM AC TRIUMPHATOREM INVICTISSIMUM quam diutissimè conservet; Summa Felicitatis Tuæ est quam longissimè in beatissimâ hac luce perdurare: Redeat sub LEOPOLDO unanimis Tuis Germanis Pax & Concordia, quâ non Turcis modo, sed omnibus Dignitatis Majestatisque Tuæ æmulis poteris esse formidabilis. Arminii sub Auspiciis LEOPOLDI fiant Germani, qui nec arma nec minas hostium timebunt. Floreat Serenissima DOMUS AUSTRIACA, quæ summæ Nobilitatis suæ splendore per universum Terrarum Orbem latissimè coruscat. Vigeant sub hoc VIGILANTISSIMO SALUTIS PUBLICÆ CONSERVATORE, Leges & Iudicia Germaniæ æquissima: Adolescant sub hoc PATRE PATRIÆ BENIGNISSIMO magis magisque Germaniæ Studia, Parnassusque Germanicus celsissima cacumina nubibus condat. Sospitet Deus T. O. M. DELICIUM GENERIS HUMANI LEOPOLDUM: Serus in cœlum redeat!



I. N. D.

Partis Secundæ.

NOTITIÆ SCRIPTORUM RERUM GERMANICARUM.

Sectio I.

Complectens Scriptores eos, qui Historiam â condito Mundo exorsi sunt.

PLurimorum quidem haud vana passim reperitur querela, Germanorum nostrorum egregiè patrata facinora suis carere præconiis, calamoquè illos quam gladio segniores fuisse, uti præter alios hanc Majorum nostrorum sortem miseratur Vir illustris BILIBALDUS PIRCKHEIMERUS, *Descript. Belli Helvet. l. 1 p.m. 64.* quo etiam factum fuerit, ut quam plurimorum res gestæ quamvis maximæ, temporum injuriâ, spissâ oblivionis nocte obrutæ & sepultæ lateant, uti de Romanis suis pariter conqueritur Crispus *Belli Catilin. c. 8.* Hæc tamen de primis gentis nostræ & remotioribus seculis accipienda esse facile concesserim, ubi literarum tenuis, aut potius nulla cognitio; quod enim propiora nobis tempora concernit, ubi simul cum Christianâ Religione, optimis etiam disciplinis aliis Germania nostra est imbuta, densæ quoquè ignorantiæ & hac in parte tenebræ sunt discussæ, luxquè historicæ Veritatis in nostris quoquè terris effulsit: Scriptoribus scil. hinc inde haud paucis prorumpentibus, qui etsi styli elegantiâ, aut eloquentiæ gratiâ se Lectoribus maximam partem non commendent, Veritatis tamen studio & candore planè singulari, & veré germanico abunde sese iis probant, qui Patriæ suæ Historiam penitius cognoscere laborant. Ex his vero nonnulli separatim typis excusi sunt, nonnulli vero à Viris quibusdam doctissimis collecti, ex otiosâ Bibliothecarum custodiâ protracti, & quasi per certa corpora digesti sunt (qui tamen sæpius omisso Collectorum nomine laudantur, lectorumquè curiosam, fontes ipsos adeundi industriam, frustra sæpe fatigarunt) Ex his de Germaniâ maximè meriti sunt.

1. (470) MARQVARDUS FREHERUS, JCtus, & Consiliarius Electoralis Palatinus Corpore Historiæ Francicæ & Sinceræ *in quo prisci ejus Scriptores hactenus miris modis in omnibus Editionibus depravati, nunc tandem seriò emendati, &*

pro ordine temporum dispositi, Pseudepigrapha veris Auctoribus suis restituta, omnia denique Notis marginalibus illustrata perpetuis,
2. (471) *uno Volumine exhibentur. Exc. Hanov. 1613. fol.*

Auxit præterea Nominis honorem Vir hic, vindicandæ Germanorum Dignitati natus, TOMO UNO *Germanicarum Rerum Scriptorum aliquot insignium hactenus incognitorum, qui gesta sub Regibus & Imperatoribus Teutonicis, jam inde à Carolo M. usq; ad Fridericum III. Imperatorem perpetuâ fere serie, suis quiq; seculis literis mandatas posteritati reliquerunt.* Imp. Francf. 1624. *fol.*

Itemque *TOMO II. Scriptorum Rerum earundem Germanicarum, qui res in Germaniâ & Imperio sub Friderico III. Maximil. I. Imperatoribus memorabiliter gestas illo ævo literis prodiderunt Ibid. 1637. fol.*

Nec non & *TOMO III.* eorundem Scriptorum, quo *eorum qui subsequentium Imperatorum temporibus, ad Carolum V. usq;, memoriâ dignum aliquid ediderunt,* complexus est, qui itidem prodiit *Francof. 1611. fol.*

3. (472) SIMON SCHARDIUS, JC. qui Germanicarum itidem Rerum Scriptores haud paucos *Tomis IV.* collegit, quorum *Primus* continet *Germanorum potissimum originem, varias Migrationes, Divisiones, Appellationes, Bella atq; alia ante Romanorum tempora & cum his fortiter gesta.* Item *translationem Imperij Rom. ad Germanos, & quorundam Germanicorum Imperatorum Acta usq; ad tempora fere Caroli V.*

II. complectitur *Historias sub Gubernatione Caroli V. Imperatoris usq; ad Ejusdem Abdicationem.*

Tertius vero *historias sub Gubernatione Ferdinandi I. Imperatoris, & Epitomen Rerum ab Anno 1464. in variis orbis partibus gestarum.*

Quartus tandem *Historias sub Gubernatione Maximil. II. Imp. Et Epitomen rerum ab Anno 1572. in variis orbis partibus gestarum.* Impressum est primo hoc opus *Basil.* 1574. fol. Recusum autem cum Indice Auctorum Rerumq; locupletissimo, operâ *Hieronymi Thomæ* J. U. L. *Giessæ in Offic. Seileriana.* 1673.
4. (473) *fol.*

JOHANNES PISTORIUS, Niddanus, D. qui *Tomo* uno & altero complexus est *Illustres veteres Scriptores, qui Rerum à Germanis per multas ætates gestarum, Historias vel Annales posteris reliquerunt, Excus. Francof. 1613. fol.*

Præterea Idem etiam *Rerum Germanicarum veteres jam primum publicatos sex Auctores* peculiari *Tomo* edidit, Anno
5. (474) *eod. ibid.* impressos.

JUSTUS REUBERUS, JCtus, *Veterum etiam Scriptorum, qui Cæsarum & Imperatorum Germanicorum Res per aliquot secula gestas literis mandarunt,* TOMUM UNUM edidit Imp. *Francof. 1584. fol.*

CHRISTOPHORUS URSTISIUS, Basileensis, TOMIS II. itidem complexus est, *Illustres Germaniæ Historicos qui ab Henrico VI. Imperatore, usq; ad Ann. Christi 1400. scripserunt.*
6. (475) Prodiere novissime *Francof. 1670. fol.*

MELCHIOR HAIMENSFELDIUS GOLDASTUS: qui plurimis Actis publicis in lucem editis immortale sibi nomen peperit, de Historia itidem Germanicâ optimè meritus est, TOMIS III. *Scriptorum aliquot vetustiorum Rerum Allemannicarum, à quibus Allemannorum, qui nunc partim Suevis, partim Alleman-*

nis

Incipit. ab A. M. | Desinit. A. Christi

nis cessère Historia, tam seculares, quam ecclesiastica tradita sunt, cum glossis rerum ac verborum difficiliorum: recusis Francof 1661. *fol.*

7. (476) Nec minus etiam Editione *Scriptorum aliquot veterum Rerum Suevicarum, partim primum, partim emendatius & auctius editorum, In quibus Suevorum Origo, Migratio, Regna, Principes, Bella, Fœdera, Religio, Monasteria, Civitates, Comitatus, Duces, Imperatores, inde ab initio, usq; ad Maximilianum I. summâ fide, pro avi illius* Eruditione *memoria mandantur. Francof.* 1605. 4.

8. (477) ERPOLDUS denique LINDENBROGIUS, locum hic invenit, complectendo *Rerum Germanicarum septentrionalium, vicinorumq; populorum scriptores diversos, continentes Historiam Ecclesiasticam & Religionis propagationem, Gestaq; Saxonum, Slavorum, Vandalorum, Danorum, Norvegiorum, Svedorum, &c. Situm deniq; & naturam omnium, quæ in Septentrione sunt Regionum, ipsarumq; Gentium vetustis temporibus, mores & leges, quibus accedunt variorum Pontificum, Imperatorum, Regum & Ducum Diplomata & Privilegia, Imp. Francof.* 1630. *fol.*

Hi fere sunt ex quibus Vir summus JOH. HENRICUS BOECLERUS, *Notit. Imp. l. 1. c. 4. p.* 10. Historiam Germanicam hauriri posse existimat, quibus & adjiciamus,

9. (478) *Annalium & Historiæ Francorum ab Anno Christi* 708 *ad Ann.* 990. *Scriptores coætaneos XII.* in lucem editos à PETRO PITHOEO, JCto, qui prodière *Francof.* 1594. 8.

10. (479) Itemque HENRICI CANISII, JCti, & in inclytâ Academiâ Ingolstad. SS. Canonum Professoris primarii, *Antiquarum Lectionum Tomos VI. In quibus veterum monumenta quamplurima nunquam ante hac visa è MSS. Codicibus edidit:* quibus etiam nonnulla ad scopum nostrum facientia comprehenduntur. Ed. *Ingolstadii Anno* 1600. *& seqq.* 4.

11. (480) Mentionem facit etiam Vir Illustr. PETRVS LAMBECIUS, S. C. Maj. Consiliarius, Historiographus & Bibliothecarius, in *Catalogo librorum à se compositorum, & in lucem editorum ab An. Æt.* 19. *usq;* ad 45. *nempe ab An.* 1647. *usq;* 1673. *Vindob.* 1673. 4. *impr. Syntagmatis Rerum Germanicarum, seu Rerum Germanicarũ Scriptorum variorum, variorumq; Actorum publicorum ex Augustissimâ Bibliotheca Cæsareâ Vindobonensi in lucem edendorum, cum Annotationibus necessariis, Chronologiâ accurata, & amplissimis Indicibus Geographico inprimis & Genealogico: Tomis aliquot in folio:* Cum verò an hi ipsi hactenus lucem conspexerint nesciam; subinde tamen ea monumenta, quæ in antecessum Lectoribus, antequam diffusum hoc opus, & quod ob amplitudinem suam & argumenti varietatem adeo propere absolvi & divulgari non potuerit, quò desiderium quadantenus leniret, Ipse indicare voluit, hic intexere non dubitabimus.

Recensitis igitur iis, qui collectione tot Monumentorum Patriæ suæ studium probarunt, ad singulos nunc progrediamur Historiæ Germanicæ Auctores, eosquè pro temporis, quod quisquè sibi illustrandum sumsit ratione disponemus: Offert se autem hic primo:

12. (481) GREGORIUS, TURONENSIS, Episcopus undevigesimus, Patriâ Arvernus, ut Genere, ita Virtute nobilis: Inclaruit potissimum *Historia Francorum libris X,* quam à Mundi incunabulis exorsus, ad Annum usquè 596 quo & ipse mortuus est, continuavit: Plura enim alia Ingenii sui præclara monumenta in fine libri X. commemorat, ut & in præfatione libri *de Gloria Con-* 596.

Incipit. A. C.		Desinit. A. C.
	fessorum. Festum Ejus habes apud *Bedam*, & exinde in *Molani Additionibus ad Usuardum*, & in *Martyrologio eo Romano, quod Baronius illustravit*: Cætera petenda erunt è vitâ *Gregorij* hujus à *Turonensi Clerico exaratâ*, quæ apud *Aloysium est*, Tomo III. *& Surium* Tom. VI. d. 17. Novembr. Item è *Trithemij Catalogo de Illustribus Viris Ordinis Benedictini* l. 3. c. 10. & 51. It. {l. 4. c. 40. Vide & de eo *Vossium de Historicis latinis*, l. 2. c. 22. p. m. 239. *Mart. Zeilerum, Histor. Chronol. & Geogr. celebr.* parte 1. p. 61. *Johannem Hallervordium Spicilegio de Histor. lat.* p. 76. Prodiêre hujus historiæ libri decem cum accessione duorum capitum ad librum quartum: Item Apendice 110. annorum historiam comprehendente, *Basileæ* 1568. 8. Junctim postea cum aliis edita est, & Corpori Historiæ Franciœ inserta ab ANDREA DU CHESNE, Itemquè à MARQVARDO FREHERO eod.	
13. (482.)	Corpore lib. 2. à p. 1. usq; 144.	
	Succedat huic HERMANNUS, CONTRACTUS vulgo dictus, & à *Joanne Aventino Svevus* appellatus ex illustri Comitum Veringensium sanguine natus, quippe Wolferadi & Hiltrudis Comitum F. sed membris plane contractis, unde & cognomen sortitus est; Vir non latinè modo & græcè, sed & Arabicè doctus, auctore *Trithemio*: Monachus fuit Augiæ majoris seu divitis, vulgò Reichenau/ ad lacum Potamicum, quod tum ipse indicat, circa Annum 1048. tum quod non alii ibi quam Principum Virorum Liberi & omnino, qui illustri stemmate prognati forent, reciperentur. Multa scripsit, atquè inter ea, *Chronicon de sex Mundi ætatibus usq; ad an.* 1050. Conferentiú cum *Beda*, scribit doctissimus *Vossius* l. 2. c. 44. p. 348. facile patebit, Chronicon Bedæ totum pene ad verbum exscripsisse, quod & *Vasæus* observavit, *de Rebus Hispanorum* cap. V. Sæpius jam lucem hoc Contracti opus aspexit, auctius subinde, non quod Auctor ipse Chronico suo alia atquè alia adjecerit; sed quod Monachi nonnulli, in privatum usum complura adscripserint: Legitur apud *Canisium Tom. I. Lect. Antiq.* continuatum usquè ad annum 1054. à p. 432. —600. *Pistorium Tom. I. Illustrium Veterum Scri-*	1050.
14. (483.)	*ptorum*, à p. 85. usq; 148. itemquè *Urstisium Tom. 1. p.* 231.	
	Hunc continuavit BERTHOLDUS seu BERNOLDUS *Constantiensis* Presbyter, Vir *Trithemio* admodum laudatus. Chronicon autem *Hermanni* auxit annis XI. hoc est ab anno 1054. quo Contractus decessit, usquè ad annum 1066. Insimul sui temporis Historiam condidit ab Anno 1053. usquè ad ann. 1100. quo & ipse obiisse creditur. Vide tamen quæ de eo notavit *Vossius* l. 2. c. 47. p. 366. & *Urstisius*, qui eum primus in publi-	1066. 1100.
15. (484.)	cum emisit: à p. 339. ad p. 393.	
	Occurrit hic Auctor Eruditionis & Eloquentiæ in eâ temporum spissâ caligine, plane demirandæ, qui ab origine usquè Mundi, Historiæ suæ telam exorsus, ad annum Christi 1077. pertexuit, *Tubingæ editus* 1525. 8. hoc Titulo: Quisquis es Gloriæ Germanicæ & Majorum studiosus, hoc utare ceu Magistro Libello: Editionem ejus *Philippo Melanthoni* deberi satis indicat Epistola ejus ad *Casparem Churrerum*, bonas literas Tubingæ docentem scripta, huicquè Auctori præfixa, ubi inter alia hæc: *Discedenti hinc Secerio mandaram, ut curaret historiam, cujus est in Augustinensium Monachorum Bibliothecâ exemplum, describi: Nondum enim vidi è Germaniæ scriptoribus eo argumento quid quam diligentius esse compositum, tametsi*	

Incipit A. M. | Definit A. C.

tametsi quædam admiscuerit de privatis rebus, in digna posterorum memoriâ. Eam rem totam tua committo & fidei & prudentiæ, si judicaris dignam esse Historiam editione, quæso incumbas, ut illius prælis emendatissima mandetur, &c. quam sequitur Epistola alia ejusd. Churreri ad Generosissimos Barones ac Dominos Wilhelmum & Georgium â Waldburg, tota fere in laudes ejus scripti effusa, quæ ibidem legi poterit: Cum vero constet, eum *Hirsfeldensem Monachum fuisse in Diœcesi Moguntinâ*: Eruditissimi Viri hanc Historiam LAMBERTO SCHAFNABURGENSI Auctori vindicarunt, præeunte sine dubio *Johanne Trithemio*; qui in Chronicis suis testis est, eum conscripsisse Chronicon Cœnobii sui Hirsfeldensis, breve illud, sed non inutile; Famam autem maximam sibi comparasse *Historiâ Germanicâ, quam â M. C. producit ad annum usq; Christi* 1077. quo vivebat: Quæ de eo *Lipsii, Josephi Scaligeri, Andreæ Brunneri* aliorumquè doctissimorum Virorum sint judicia, apud *Vossium* l. 2. p. 360. & *Zeilerum in Histor. Chronologis & Geographis celebr.* p. 130. 131. inveniuntur, &c. Legitur etiam apud *Pistorium* Tom. I. â p. It, apud 149. —251. *Schardium* Tom. I. p. 355. 1077.

16. (485) Auctoris autem hujus optimi Continuationem MONACHO ERFURTENSI cuidam, ignoti quidem nominis, sed non omnino spernendo, debemus, qui eam produxit ad Annum usquè Christi 1472. quam exhibet idem PISTORIUS. Tomo laudato â p. 253. usq; 262. ubi multa Erfurtensium historiam illustrantia occurrunt. 1472.

17. (486) *Lamberti* hujus temporibus floruit etiam MARIANUS SCOTUS, qui è Scotiâ in Gallias veniens, Coloniæ factus Monachus primo, postea apud Moguntiam reclusus est: Vir ætate suâ admodum disertus, ut de eo *Sigebertus ait in Catalogo c.* 173. Chronicon suum â Creatione Mundi libris tribus, per ætates sex ad annum usq; Christi 1083. perduxit: Prodiit *Basileæ* in fol. Judicia dè ipso vide apud *Rob. Bellarminum de scriptoribus Eccles. Wilhelmum Kyriandrum Ann. Trevir. c. I. Vossium l. 2. p.* 361. *Zeilerum p.* 93. 94. 1083.

18. (487) Continuatæ ad *Marianum* Historiæ Appendicem reliquit nobis DODECHINUS ABBAS in Monasterio *S.* Dysibodi, ad annum Christi 1200. quæ legitur apud *Pistorium* â p. 457. 476. 1200.

19. (488) Sequitur jam OTHO, FRISINGENSIS Ecclesiæ Episcopus, Genere admodum illustri, Leopoldi ex Marchionibus Austriæ Filius, qui Conradi Svevi, inprimis tamen ætate Friderici Barbarossæ floruit. Hic postquam Lutetiæ Parisiorum studiis per aliquot annos incubuisset, Cisterciensium Monachorum institutum amplexus, Religioni in Monasterio Morimundensi in Burgundiâ nomen dedit, unde â Conrado III. Imper. Fratre uterino Anno 1138. retractus, Episcopatui Frisingensi, qui tunc temporis vacabat, præpositus est: Prudentia ejus maximè elucet, quod Ejus consilio Conradus & Barbarossa in rebus maximè arduis usi sunt: *Octo libris* complexus est *Chronicon Rerum ab initio Mundi gestarum usq; ad sua tempora, Anno Christi* 1152. Prodiit primo *Basileæ*, 1569. fol. Qvinquaginta vero & amplius capitibus auctius illud edidit URSTISIUS. l. I. â p. 1. usque 194. 1152.

20. (489) Historiæ hujus Continuationem suscepit OTHO SANBLASIANUS, *seu de S. Blasio*, vocatus sic à Monasterio *S.* Blasii, quod Ordinis est Benedictini in Diœcesi Constantiensi

 juxta

Incipit. A. M. | Definit. A. C.

juxta Albamfl. Hercyniæ sylvæ, primamquè originem debet
Othoni I. Incipit autem hic laborem suum, ab Anno Christi
1146. & perducit usq, ad annum 1210. qui tertius erat Othonis 1210.
IV, seu à Coronatione ejus II. Exhibèt eum Frisingensi subjun-
21 (490.) ctum Urstisius à p. 195. —*227*.

Haud injuria etiam locum hic invenit GOTFRIDUS VI-
TERBIENSIS, Presbyter, à sacris scriniis Conrado III. & Fride-
rico I. Hic peregrinatione undecim annorum, in qua Bibliothe-
cas quamplurimas excussit, magnam sibi Eruditionem paravit,
non Rerum modo, sed & Lingvarum, quippe & vulgares sciebat
complures, & latinè, græcè, hebraicè & chaldaicè doctus fuit.
Nominis sui famam quam longissimè diffudit *Chronico univer-
sali*, quod partim prosâ partim carmine condidit, Hoc quia
omnium Principum historiam continet, atquè Hi in scripturis
Dii appellantur, PANTHEON appellavit: Agit vero in hoc
ordiens ab initio Mundi de universo Veteri & novo Testamen-
to, de omnibus Mundi Regnis & Regibus, Gestisq; eorum; de
omnibus Romanis Pontificibus & Imperatoribus, usq; ad tem-
pora Urbani Papæ III. cui & Opus hoc dedicavit, & usq; ad Fri-
dericum I. & Filium ejus Henricum VI. Primus in lucem eum
emisit, teste *Vossio*, *Basilius Johannes Heroldus*, postea Tomo suo
22. (491.) *Rerum Germanicarum II.* inseruit *Pistorius*.

Succedit huic merito CONRADUS à LICHTENAU Vir
Nobilis, nonus Abbas Urspergensis (unde & vulgo appellatio-
nem sortitus) Ordinis Præmonstratensis, ad Mindulam in Au-
gustanâ Diœcesi. De hoc ita *Meibomius Apologiâ pro Othone
IV. p. 329. Abbas Urspergensis, cui Caspar Bruschius & nomen
& natales restituit, ipso Melanthone teste, de Historiâ germanicâ
optimè meritus est, quippe qui de Imperatoribus nostris multa stu-
diosè collegit, præterea notationem temporis, alterum Historiæ ocu-
lum, reliquis diligentius adhibuit.* Gloriam hic invenit *Chronico
suo*, quod orditur à Belo, primo Assyriorum Rege, definitq; in
annno nono Friderici II. Imperatoris, hoc est, Anno Christi 1229.
1229. In rebus quidem Assyriis, Persicis, Græcis, Romanisquè
Fontes ipsos adire multo satius sit; sed in rebus Germanicis sui
ævi, & seculorum quæ proximè antecedunt, habet, quæ magno
cum fructu leguntur, censente sæpe laudato *Vossio l. 2. c. 57. p.*
430. Hunc notis illustrasse *Antonium Corvinum* Theologum
23. (492.) docet *Henricus Meibomius, Irmensulæ Saxon.* c. 5. p. 57.

Adjecta ei leguntur *Paralipomena Rerum memorabilium à* 1537.
Frider. II. ad Carol. V. Aug. h. e. ab anno 1230. ad annum 1537.
ex probatioribus Scriptoribus contracta, & historiæ ejus per
24. (493.) quendam studiosum annexa. Prodiit *Argent.* 1537.

Commodè hunc sequitur ALBERTUS, STADENSIS Ab-
bas, qui Historiographiam contexuit à condito Orbe, ad suam 1256.
usquè ætatem Anno sc. JEsu Christi 1256. deductam; quo in ope-
re cum aliis in partibus *vetus historia, in primis vero Res Germa-
niæ illustrantur, tum Saxoniæ & Metropolis Cranzij funda-
menta aperiuntur*; è Bibliotheca Magnif. & Illustris Viri *Hen-
25. (294.) rici Ranzovij.* 1608. 4.

Mentio hic etiam facienda HENRICI de HERVORDIA,
(quem doctissimus *Vossius* l. 3. *de hist. lat.* p. 483. nescio quâ ra-
tione motus, de Erfordiâ appellat.] Monachus Dominicanus
SanPaulinæ ædis apud Mindenses, temporibus Caroli IV. Im-
peratoris, qui nomen sibi celebre peperit, opere *de factis illu-
stribus*

Incipit. A. M. | Desinit. A. C.

stribus ab orbe condito usq; ad annum 1355. Sæpius eum laudat *Henricus Meibomius in Irmensulâ, Bardervico, & alibi.* 1355.

26. (495) Excipiat hosce GOBELINI PERSONÆ Decani Bilfeldensis & Officialis Paderbornensis, Cosmodromium, seu *Chronicon universale, complectens Res Ecclesiæ & Reip. ab O. C. usq; ad Annum Christi* 1418. *Compendio cumprimis explicans historias Gentium Germanicarum, earundem origines migrationes, colonias, Religionem, & quomodo ad Christianismum traductæ, eum in finibus suis propagarunt.* Prodiit studio operaquè HENRICI MEIBOMII, *Prof. in Academiâ Juliâ qu. celeberrimi. Francof.* 1599. *fol.*

27. (496) Merito huic succedet M. THEODORI ENGELHUSII, *Chronicon, Continens Res Ecclesiæ & Reip. ab O. C. ad Ann. Christ. circiter* 1420. quod ex MSS. Codicibus nunc primum solertissimus Antiquitatum ejusmodi indagator edidit JOACH. JOH. MADERUS. *Excus. Helmstad.* 1671. 4.

28. (497) Optimo hic etiam Jure inseremus *Compilationem Chronologicam è diversis summorum Pontificum & Imperatorum Chronicis, Anonymi cujusdam Auctoris* ab initio Mundi ad Annum Christi 1474. adornatam, Ex Bibliothecâ *Henric. Petreâ*, quam in lucem produxit *Pistorius* Tom. I. *Illustr. Germ. Scriptorum:* a p. 705. usque 754. 1474.

29. (498) Nec minus his accensebitur WERNERUS ROLEWINCK de LAER Carthusianus, Colon. Agripp. natione Westphalus, qui inter alia scripta maximè inclaruit *Fasciculo temporum ab initio Mundi ad suam usq; ætatem: Primum quidem* verba sunt *Vossii l. 3. c. 6. p. 519.) desiisse videtur in anno* 1464. *quo Pio II. succesit Paulus II. Sane MS. noster non ulterius producitur. Exinde pauculis additis pergit usq; ad annum* 1471. *quo Papa creatus est Sixtus IV. Atq; hic finit vetustissima quam habeo Editio, Lovanij procurata Anno* 1486. *Postremo autem pertexuit Auctor opus suum usq; ad annum* 1486. *quo ait Papam factum Innocentium VIII. Atq; hic recentissima etiam Editiones definunt.* Invenitur & hic apud *Pistorium*. 1486.

30. (499) Continuavit autem *Fasciculum* hunc JOHANNES LINTURIUS, usquè ad Annum 1514. Hic Hofiensis in Voitlandia Pastor fuit, quæ causa est, cur ita res alias describat, ut Voitlandiam tantopere maximequè Hofiensem spectet Ecclesiam. Legitur apud *Pistorium*. 1514.

31. (500) Ex Voitlandia si migremus, offert se HARTMANNI SCHEDELII *Chronicon*, vulgo *Norinbergense* appellatum, quod ib. Anno scil. 1493. typis exscriptum fuit, auspiciis quidem *Sebaldi Schreier* & *Sebastiani Kamermeister*, curâ autem *Antonij Koberger*, Breviter hic descripsit, & velut in Tabella ob oculos posuit *seriem Pontificum, Cæsarum, Regum, & aliarum Rerum memorabilium ab origine Mundi, ad dictum usq; annum* 1493. 1493.

32. (501) Paulo longius produxit Chronicon suum JOANNES NAUCLERUS nobilis Svevus, non procul à Tubingâ in agro Würtenbergensi natus, Canonicus Tubingensis, & recens ibidem institutæ Academiæ Rector primus, Anno. 1477. A prima usquè Rerum origine historiam arcessens, eam ad annum 1500. continuavit, Opus hoc est divisum in duos libros, quorum prior continet 63. Generationes ab Adamo usquè ad Christum, posterior vero 51. Generationes; *Multa* judicante *Davide Chytræo de Lectione Historiarum rectè instituendâ, in Germanicis præcipuè rebus,* 1500.

quæ

Incipit. A. M. | Desinit. A. C.

quæ ab aliis scriptoribus non exponuntur, annotavit. Typis excusum est *Tubingæ*. 1516. fol. *Colon.* 1500. & 1579. & alibi.

33. (502) Non sine injuriâ hic omitteremus librum à multis maximè
commendatum, quiquè plurium manibus teritur, *Chronicon* scil.
CARIONIS, expositum & auctum multis & veteribus & re-
centibus Historiis, ab exordio Mundi usquè ad Carolum V. à 5151.
Philippo Melanthone & *Casbare Peucero* Prodiit *Francf. ad Mœnum* 1594. *duobus voluminibus.* 8. *maj.*

(503) Maximus hic sese offerret numerus Auctorum eorum,
qui in continuandis Historiæ universalis Compendiis celebritatem nominis affectarunt. Verum cum propter aliarum in Mundo gestarum Rerum expositionem locum sibi proprium inter Germanicarum Rerum Scriptores haud vindicare possunt; tum quod etiam parum ad Prudentiam politicam acquirendam, aut interiora Rerum indaganda conducunt; ideoq; iis jam recensendis supersedebimus, paucos tantum, qui non inutiliter, eorum, qui Historiæ operam navant, manibus versantur, si tradiderimus. Quos inter nominari merentur, Anonymi *Flosculi Historici delibati*, seu *Historia Universalis, tam sacra quam profana Rerum memorabilium, tam pace quam bello gestarum, usq; ad*
annum 1656. Colon. 1656. 8. cum Iconibus. 1656.

34. (504) HORATII etiam TURSELLINI, *Soc. Jesu, Historiarum*
Epitome, Colon. 1629. primum edita, deinde auctior cum *Philippi*
Bebij Chronologia, recusa ibidem Anno 1655. 8. Gallicè hæc 1655.
etiam prodiit, sub titulo, *Abbregé de l'histoire universelle, d'Horace Tursellin, Religieux de la Compagnie de JESUS, depuis le commencement du Monde jusqves à present, l'an 1663.* Paril.
1663. 12. 1663.

35. (505) Quibus subjungemus JOHANNIS CLUVERI, *Historiarum totius Mundi Epitomen, à primâ Rerum Origine ad annum usq; Christi 1630. è sexcentis amplius Auctoribus sacris profanisq; ad marginem ascriptis deducta, & historia unaquaq; ex sui seculi Scriptoribus, ubi haberi potuerunt, fideliter assertâ: Cui accessit per Ipsum Auctorem Continuatio Historia ad Ann. 1633.* nunc aucta ad annum 1653. *Uratisl.* 1662. 4.

36. (506) Ne vero qui latini idiomatis expertes essent Historiarum 1653.
cognitione destituerentur, non defuêre, qui pro temporis conditione haud multò post inventum Artis Typographicæ mirandum compendium in rudiorum usum Historiam universalem colligerent, atque in vulgus ederent. Prodiit sanè Norinbergæ
A. C. 1493. in fol. maj. Das Buch der Chronicken und Gedächt- 1493.
nüßwürdigen Geschichten von Anbegin der Welt biß auf diese unsere Zeit von hochgelehrten Männern in Latein / mit grossen Fleiß und Rechtfertigung versamlet / und durch Georgium Alten / deßmahls Losungschreiber zu Nürnberg / aus denselben Latein zu Zeiten von Meynung zu Meynung / und bißweilen nicht ohne Ursach Außzugsweise in das Deutsche gebracht / und darnach durch den Erbaren Antonien Kobergen daselbst zu Nürnberg gedruckt / auf Anregen und Begehren der Erbaren und Weysen Sebalden Schreyers / und Sebastian Kammermeister / Bürger daselbst / und auch Mitanhangung Michael Wohlgemuths / und Wilhelm Pleidenwurffs Mahler daselbst / auch Mitbürgern / die das Werck mit Figuren mercklich gezieret haben.

Nec

Incipit. A. M.		Definit. A. C.
37. [507]	Nec incelebre nomen est CASPARIS HEDIONIS, qui ejusmodi etiam Chronico innotuit, cujus titulus est: Eine außerlesene Chronicka/von Anfang der Welt / biß auf das Jahr Christi 1539. in 4. Theile getheilet. Gedruckt zu Straßburg 1539. fol. Maximè secutus est vestigia *Abbatis Ursbergensis*, uti ipse in præfatione testatur.	1539.
38. (508]	Paulò longius procedit *Carionis Chronicon*, vernaculo idiomate expressum, atquè ita insignitum: *Carionis Chronicon*, anfänglich unter den Nahmen *Joh. Carionis* auf das kürtzeste verfasset/nachmahls durch Herrn *Philippum Melanthonem* und *Caspar Peucerum* aufs neue übersehen/und gemehrt / und jetzt aus den Latein verdeutschet durch *M. Eusebium Menium* sambt einen summarischen gründlichen Anhange dieses jetzlauffenden 1566. Jahrs Franckfurt 1566. fol.	1566.
39. (509)	Nequè hic omittemus *Chronicon* seu Historiam universalem, quam *Sebastianus* Franck/ab Orbe condito, ad annum usq; â nativitate Christi 1543. tempora scil. Caroli V. contexuit. In quo post brevem remotiorum rerum enarrationem, Imperatorum & civilium rerum, deinde Pontificum summorum, & Conciliorum, hæreticorum etiam historiam concinnavit. Verum cautius legendus, *cum Schwengfeldii phantasiis deditus, mira subinde admisceat*, ut ait *Keckermannus de Historia p. 108.*	1543.
40. (510)	Instar omnium verò esse poterit, Historiam, & præsertim Res Germanicas sciendi avidis, quiq; cum utilitate voluptatem jungere desiderent JOHANNIS LUDOVICI GOTTFRIEDS/ Historische Chronicka / oder Beschreibung der fürnehmsten Geschichten/so sich von Anfang der Welt biß auf das Jahr Christi 1619. zugetragen. Nach Abtheilung der vier Monarchien, und beygefügter Jahr-Rechnung aufs fleissigste in Ordnung gebracht / und in 8. Theile abgetheilet / mit viel schönen Contrafacturen, und geschichtmässigen Kupfferstichen / zur Lust und Anweisung der Historien gezieret/an Tag gegeben und verleget/durch Weil. Matth. Merian seel. Erben/Franckfurt am Mayn 1657. fol. itemquè cum continuatione sequentium temporum recusa, ib. Anno 1674.	1674.

Sectio II.

Eos Scriptores comprehendens, qui ab orbe redemto Germanicam historiam tradiderunt.

41. (511]	INter eos, qui â reparatæ Salutis tempore Historiam suam exorsi, primus nobis erit REGINO PRUMIENSIS Cœnobii, ditionis Trevirensis Abbas, qui Ludovici & Conradi Imperatorum temporibus vixit: Duos scripsit *Chronicorum* libros, quibus præcipuè res Francorum tractat. Produxit autem historiam, quam â nativitate Christi exorsus est ad annum usq; 908. Quæ enim ad annum usq; 967. leguntur, aliena potius manu accesserunt, Continuatori quamvis incerto trbuenda. Exhibet eum PISTORIUS, *Illustrium Veterū Scriptorum To. Primo*	908.
	Succedant huic Incerti Auctoris *Chronica Sclavica*, ab Anno Christi primo ad annum usq; 1265. quæ ex Archivis primum protulit *ERPOLDUS LINDENBROGIUS.*	1265.

Excipiat

Incipit, A. M. | Definit, A. C.

(513) Excipiat hunc SIGEBERTUS GEMBLACENSIS, Monachus in Brabantiâ, Vir uti *Monachus Augustinianus Nussiensis in magno Chronico Belgico* ad Annum 1114. ipsum appellat, in omni literarum scientiâ incomparabilis ingenii. *Chronicon* suum incipit ab Anno 381. quo post mortem Valentis regnare cœpe-
43. 381. runt Valentinianus minor, & Gratianus, perduxitq; ad annum 1117. quam Historiam postea continuavit ad annum usquè 1210. ROBERTUS MONTENSIS Abbas. Legitur apud laudatum PISTORIUM. n. 5. a. p. 456. usq; 615. 1117.

44. (514) Nec prætermittendum nobis hic IVONIS CARNOTENSIS Episcopi, qui sub Henrico IV. floruit *Chronicon breve, de Regibus Francorum*, quod ex *Papyrii Massonii JC. Codice, Epistolis Ivonis* subjungit in Editione suâ JURETUS. Inseruit autem *Corpori suo Historiæ Francicæ* M. FREHERUS p. 51. definit autem in Philippo I. Anno sc. Christi 1108. 1108.

45. [515] Nec minus huc spectant *Gesta Francorum Regum Epitomata*, partim è *Gregorii Turonensis* Episcopi Commentariis (cujus & nomen in vetustissimis Codicibus præferunt) partim aliunde, neque enim satis constat, desumta ab Auctore quodam perantiquo, cujus fidem etiam AIMOINI nomine notus Compilator in plerisq; verbotenus secutus est. E. MSS. diversis optimæ notæ summâ fide & diligentiâ edita ab eodem FREHERO. p. 55. & seqq.

46. (516) Antequam penitius in Germaniam pedem ponamus operæ sanè pretium erit, nec exiguum Germaniæ lumen præbebit post Francos *Gothorum* etiam aliorumq; populorum Germanici ut plurimum sangvinis, Res in Italiâ gestas contemplari. Exhibet has ERYCIUS PUTEANUS *Historiæ Insubricæ ab Origine gentis ad Othonem M. Imperatorem libris VI, qui Irruptiones Barbarorum in Italiam continent*, quiq; *plenis* ab Auctore *Commentariis* sunt illustrati: Excusi *Lovanii* 1630. *fol.*

47. (517) Commodè hic inseruntur, qui longè ante, Gothorum gentis historiam condidêre, Ex quibus antiquissimus JORNANDES, qui Justiniani Imperatoris temporibus floruit, ex Notario Gothorum Episcopus Ravennæ factus, uti ipse indicat, *de rebus Geticis* cap. I. Præter librum qui vulgò *de regnorum & temporum successione* inscribitur, rectius autem ex MSS. censente *Vossio, De origine Mundi & Actibus Romanorum ceterarumq; gentium*, scripsit etiam historiam *De origine Gothorum*, quam ad Justiniani usq; & Belisarii victoriosi Imperatoris tempora pertexuit.

48. (518) Nec minus etiam PAULUS WARNEFRIDI F. Longobardus, qui prius Diaconus fuit Aquilegiensis, & Desiderii, ultimi Longobardorum Regis Cancellarius, unde tandem in Caroli M. venit potestatem & notitiam: Præter alia, memorandus est nobis *libris* VI. *quos de gestis Longobardorum*, Germanicæ originis populi conscripsit: Vide omnino, quæ de eo notavit *Vossius de Histor. latinis lib. 2. c. 30. p. 273. & seqq.*

49. (519) Quibus accensebimus & ISIDORUM HISPALENSEM, Stirpe Gothica natum, qui à multis etiam *Junior* vocatur, ut distinguatur ab *Isidoro Cordubensi* qui Honorii temporibus vixit, hoc est circa Ann. gratiæ 400. cum hic noster potissimum claruerit, circa annum 620. temporibus Heraclii Imperatoris & Svinthilani Gothorum in Hispaniâ Regis. Multis ingenii monu-

Incipit. A. C. | Desinit. A. C.

monumentis famam sibi nominis comparavit; hic vero locum invenit *Chronico suo de Gothis Vandalis & Svevis, itemq́; Chronico de Regibus Visigothorum*, Edidit tres hosce diversarum Gen-
50. (520) tium Scriptores antiquos FRIDERICUS LINDENBROGIUS, qui & eosdem *Observationibus* illustravit Impr. Hamb. 1611. 4. maj.

51. (521) Ad Germanos propius accedimus, ubi se offert *SUFFRIDUS* Presbyter Misnensis, Chronologus Alberti Austriaci tempore insignis. Orditur opus hic suum quidem ab initio Mundi usquè ad annum 1307. Sed *Georgius Fabricius*, resecuit omnia 1307.
458. illa, quæ præcedunt annum gratiæ 458. & ex sequentibus plurima præteriit, Satis enim ipsi visum fuit, si haberemus, quæ alii vel neg exissent, vel brevius & obscurius dixissent, at historias, cumprimis sacras ex antiquioribus, qui eas ornatius & fusius fideq́; minus ambiguâ tractassent, utilius Lectores hausturos esse arbitratus. Epitomen eandem subjunxit dictus modo *GEORGIUS FABRICIUS*, *Historiæ suæ Saxonicæ*, ac eandem in *Scriptoribus Rerum Germanicarum* comparere voluit *PISTORIUS Tomo I.* à p. 682. ad 704.

52. (522] Sed ut ad Francos rursus divertamus, nos de Gestis Francorum Opus *FREDEGARII* Scholastici, Constantino Copronymo æqualis, admonet, Orditur historiam suam à Guntramno Rege, ubi nempe desierat *GREGORIUS TURONENSIS* circa annum
565. Christi 565. Desinit autem in obitu Caroli, Pipini Parentis, qui incidit in annum 731, Sed iis, quæ in Codice Nazariano Bibliothecæ Palatinæ inveniebantur, *FREHERUS*, qui hunc Aucto- 731.
rem Corpori Historiæ Francicæ inseruit, à p. 120. usq́; 166. subjecit subsecuti etiam temporis Historiam, usq́; ad annum 768. 768.
idq́; ex illis, quæ juxta Bavaricum Codicem MS. expresserat Editio Ingolstadiensis. Prodiit autem ante hanc *Freheri* Editionem in *Bibliotheca Patrum Tomo VII.* ubi libris X. *Gregorii Turonensis*, omisso Fredegarii nomine subjicitur, teste *Vossio*, l. 3. c. 3. p. 655.

53. (523) Longius historiæ suæ initia arcessit *AIMOINUS* Monachus, de quo prolixè scribentem vide *Vossium lib. 2. de histor. lat. c.* 34. p. 290. ab origine scil. Francorum, quæ ut plerią; Francicarum Rerum Scriptores à Trojanis, sed falsò, cum Germanicæ potius sint originis, deducit, à Pharamundo, usq́; ad Clodovæum Regem sub annum Christi 660, apud eundem *FREHERUM*, 660.
à pag. 247. usq́; 380. Edita aliàs etiam sunt *Aimoini* hujus Monachi inclyti Cœnobii D. Germani à Pratis opera, de Gestis Francorum, unà cum *Casinensi Chronico Leonis Marsicani. Paris.* 1603. fol.

54. (524) Neq́; omittendus hic est *MICHAEL RITIUS*, Neapolitanus, qui Francorum Regum successionem à Pharamundo, ad Ludovicum usq́; XII. seu annum 1503. libris tribus descripsit, 1503.
quos exhibet *FREHERUS* sub finem fere Corporis historiæ Francicæ, à p. 531. — 547.

55. [525) Francis hice adjungemus Italum etiam, doctissimis ingenii monumentis per totum literarium orbem longè clarissimum, *CAROLUM SIGONIUM*. Locum hic invenit inter *Rerum Germanicarum* Scriptores, *Historiarum de Regno Italiæ libris* XV. ad Illustriss. & Excell. Dn. *Jacobum Boncapagnum* Generalem S. R. E. Gubernatorem, scriptis, qui continent *Historiam*

ab

Incipit. A. C. | Desinit. A. C.

ab Anno Christi 570. usq; ad 1100. Henrici sc. V. tempora. Pro-
570. diit. *Francof.* 1575. fol. 1200.

56. (526) Temporum nunc ordo in viam nos reducit, ubi occurrit Auctoris incerti *Fragmentum historicum*, M. *Alberti Argentinensis Chronico in MSS. Codicibus præfixum*, ab Anno scil. Do-
631. minicæ Incarnationis 631. ad annum 1268. apud URSTISIUM. *Parte II.* p. 74.—93. 1268.

57. (527) Verbo etiam hic meminisse juvat ODORANNI MONA-
675. CHI, qui res gestas præcipuas ab Anno 675. usq; 982. brevissimè 982.
complexus est. Exhibet eum P. PITHOEUS *Scriptorum & Ann. Francorum* p. 214.

58. (528) Paulo prolixiores sunt HEPIDANI, S. Galli Cœnobitæ *Annales Rerum in Allemanniâ gestarum*, qui initio ab Anno Chri-
708. sti 708. facto, continuantur ad annum usq; 1050. Producti in lu- 1050.
cem à MELCHIORE GOLDASTO, *Tomo I. Rerum Allemann. parte primâ sub initium.*

59. (529) Ampliorem Historiarum usum Lectori in his præsertim, quæ Franciam & Germaniam spectant nostram, præbent ANNALES FRANCORUM, variis ab Auctoribus scripti; Incerti cujusdam sed vetusti scriptoris *Annales, seu Gesta Francorum* PETRUS PITHOEUS primum in lucem edidit, quorum principium: *Pipinus Filius Ansgisi &c.* Circa annum exorditur
714. Auctor ille 714. narrationemq; suam continuat ad annum usq;
883. De hisce Annalibus *Illustr. Dn.* LAMBECIUS, *Quandoquidem inquit antiquus Augg. Bibliothecæ Cæsareæ Codex inter MSS. Historicos latinas 163. multò emendatior est & auctior, quam ille fuit, quo Pithœus usus est, eamq; ob rem aliàs commodiori occasione eosdem Annales correctos & suppletos de integro editurus sum, interim quorundam locorum Emendationes & supplementa speciminis instar in antecessum hic præmitto,* Vid. l. 2. *Comment. de Augg. Bibl. Cæsareâ, c. 5. a pag. 346. usq; ad p. 350.* 883.

Cum etiam Pithœani Annales, mutili in fine sint, nimirum ad annum usq, uti dictum 883. In Codice verò Bibliothecæ Cæsareæ pertingant usq; ad Ann. 887. inclus. insigne hoc supplementum ab anno 882. (cum scil. Acta illius in Pithœana Editione non solum aliquanto aliter narrantur, quam in Codice Cæsareo, verum etiam nonnulla comprehendant, quæ reverâ ad sequentes annos, pertinent,) Idem laud. *Dn. Lambec.* adjecit, *ibidem à p. 3.. usq; 358.*

60. (530) Alios nobis dedit ANNALES FRANCORUM, *Fuldenses, seu Rerum sub Pipino, Carolo M. Ejusq; posteris, usq; ad excessum*
714. *Arnulphi Imperatoris gestarum, ab Anno scil.* 714. *usq; ad ann.*
900. *Consignationem accuratam in Fuldensi Cœnobio cœptam & continuatam* FREHERUS. Leguntur vero *Tomo I. Scriptorum Rerum Germanicarum* à p. 1. usq; 55. De hisce ita *Ill. Dn. Lambecius*, lib. 2. *Comm. de Bibl. Cæs. c. 5. p. 365. Edidit*, inquit, *eosdem Annales secundum Marq. Freherus, To. I Script. Rer. German. ubi eos appellat Annales Francorum Fuldenses, eò quod in Fuldensi cœnobio cœpti & aucti sint, Quamvis autem, Freheriana illa Editio passim auctior sit quam Pithœana, & pertingat inclusivè usq; ad annum 900. multis tamen locis mendosa & corrupta est, & æque ac Pithœana beneficio Codicis MS. Cæsarei inter histor. lat. 163. de quo paulo superius, emendari potest & corrigi. Illud quoq; moneo, narrationem Rerum gestarum ab Anno* 882. *usq; ad Annum* 887. 900.

in

Incipit. A. C. | Definit. A. C.

in Freherianâ Editione, æque ac in Pithœnâ discrepare â narratione, quæ extat in jam memorato Codice Cæsareo, uti supra videre est, à p. 351. usq; ad p. 358. *Exhibet vero Annales Francorum, ex Codice Bibl. Cæs. MS. inter MS. Histor. lat. 265. antiquis literis Gothicis sive Toletanis, ab Ulphilâ Gothorum Episcopo, qui circa Annum Christi 370. temporibus Impp. Valentiniani & Valentis floruit, inventis, & in Hispaniâ olim præcipuè usitatis, exarato, à pag. 366. usq; 377.*

Nequè tantum impressorum *Annalium* ejusmodi Francorum errores vel defectus indicare sed etiam hactenus non editos cum doctioribus communicare voluit modo laudatus Dn. *Lambecius*, Germaniæ suæ, imo totius Orbis literarii præcipuum or-
61. (531) namentum: *Ex MS. enim Codice Augg. Bibl. Cæsareæ inter historicos MSS. latinos, 266. produxit, Incerti cujusdam Auctoris*
714. *antiqui, qui tempore Imperatoris Caroli M. vixit, Annales Francorum ab Anno Christi 714. usq; ad annum 803.* Ejus de hoc 803.
verba hæc sunt. *Scriptus est hic Codex temporibus Caroli M. uti manifestè apparet cum ex charactere, qui aliis ejusdem ævi Codd. MSS. ad ungem congruit, tum ex notabili quodam antiquæ istius Theotiscæ sive Germanicæ linguæ, qua ipse Carolus M. tanquam patriâ usus est, fragmento, quòd jam memoratis Annalibus immediatè subjungitur. Quandoquidem igitur Annales isti nec nimium prolixi sunt, nec antehac, quod sciam ab aliis editi, bona fide integros eos hic publico, quantum per defectum, qui est in principio, & per nonnulla præ vetustate vix amplius legibilia loca, fieri potest, exhibeo* vid. à p. 377. — 383.

62. (532) Ex Bibliotheca item *Ambrasianâ* in Comitatu Tirolensi, mentionem facit Idem l. 2. c. 8. p. 929. *Annalium Rerum Fran-*
742. *cicarum sub Pipino & Carolo M. ab Anno Christi 742. usq; ad annum 814. inclusivè pertingentium, sed plebejo & rusticano sermone* 814.
latino conscriptorum, quorum principium est hoc: An. DCCXLII. Quando Carlomannus & Pipinus Major Domus duxerunt exercitum contra Hunoldum, Ducem Aquitaniorum, &c. Primus hos Annales in lucem edidit HENRICVS CANISIUS, To. III. A.L. à p. 190. usq; 217. sed valde mendosè & mutilè; accuratius tamen & emendatius publicavit eosdem secundâ vice ANDREAS DU CHESNE sive *Quercetanus*, *Tomo II. Veterum Historiæ Francicæ Scriptorum à p. 24.* usq; ad p. 49. Vide tamen sæpius laudatum Dn. *Lambec.* l. c. p. 930.

63. (533) Addi his haud incommodè poterunt ADELMI vel secundum alios ADEMARI Benedictini Monachi *Annales Francorum*
741. *Regum, Pipini Caroli M. & Ludovici Pii per annos continuos 87. seu ab Anno Christi 741. usq; ad 828.* Leguntur apud FREHERUM, 828.
p. 381. *Corporis Historiæ Franciæ* sæpius laudati.

64. (534) Ut ad septentrionem rursus deflectamus, offert se hic nobis M. ADAMI, Bremensis Canonici, quem *Baronius* ad annum 980 vocat *sincerum chronographum*, itemq; ad annum 983. *probatæ fidei veterem chronographum &c. Historia Ecclesiastica,*
755. *continens Religionis propagatæ gesta, quæ à temporibus Caroli M. usq; ad Henricum IV. acciderunt, in Ecclesiâ tam Hamburgensi quam Bremensi, vicinisq; locis septentrionalibus ad mortem Metropolitani Alberti, quæ contigit A. D. 1072.* Invenies hunc Scripto- 1072.
rem apud ERPOLDVM LINDENBROGIVM, a p. 3. — 63.

65. (535) Temporibus etiam hisce illustrandis inserviet CHRONI-
764. CON LAURISHAMENSE, à prima ejus Cœnobii fundatione

Incipit. A. C. | Definit. A. C.

per Cancorem Comitem Rhenensem sub Pipino Rege, usque
ad Annum 1179. sub Friderico Imperatore deductum, quod ex 1179.
MS. membranaceo & pervetusto ipsius Monasterii Codice, quo
etiam Donationum & privilegiorum ejus Farrago immensa
continetur, (unde *liber Traditionum Monasterij* Lorsch *vulgò vocatur*, quique, in Palatinis Archivis asservatus est,) in publicum
prodire jussit MARQ. FREHERVS *Rer. Germ. To. I. p.* 56.

66. (536) Commodè hic interseri poterit JACOBI WIMPHELINGII, multis nominibus de Germania meritissimi, *Epitome Re-*
776. *rum Germanicarum à Carolo M. seu Anno Sal.* 776. *usq; ad Maxi-*
milianum I. Imp. circ. Ann. Christ. 1487. Prodire hanc jussit
SCHARDIVS *Tomo I. Script. p.* 170.

Paulò admodum inferius incipit Chronicon *CREMS-*
777. *MUNSTRENSE* ab Anno sc. Christi 777. quo splendidissimum
& opulentissimum illud Benedictinorum Monasterium Krembsmünster/latinè vero Cremiphanium vel Cremifanum appellatum, à Tassilone Duce Bavariæ fundatum est, usq; ad annum
1298. quod extat inter *MSS. Codd. authenticos, membranaceos,* 1298.
Augg. Bibl. Cæs. inter MSS. latinos, 147. cujus Editionem promisit Ill. LAMBECIUS.

67. (537) Mentionem Ipse quoq; facit alterius ejusdem Monasterii
Chronici à se edendi, qui liber inter MSS. Codd. auth. modo dictæ Augg. Bibliothecæ, 453. inter MSS. Historicos latinos, quod
Anno 1142. conscriptum, & porro ibid. sit continuatum ad Annum usq; 1217. 1217.

68. (538) Non parum etiam de Historiâ Germanicâ meritus est, quâ
res attingit Slavicas, HELMOLDUS à valle Bossow ad lacum
Ploenensem, ubi domunculam & templum habuit; *Presbyter Bosoviensis* appellatus *Chronico suo Slavorum*, quod orditur à
Carolo M. & Saxonum vicinarumq; gentium per eum conversione, perducitq; ad Annum usq; 1148. quo & ipse claruit: Au- 1148.
ctorem hunc è *MSS.* Codd. recensuit, Notisq; eruditissimis illustravit, HENRICUS BANGERTUS, qui & in præfamine ad
B. Lectorem varias Editiones indicat: Prodiit Lubecæ 1659. 4.
cum *Arnoldo Lubecensi*, de quo inferius, num. 101.

69. (539) Admonent nos tempora optimi Imperatoris Ludovici
cognom. Pii, THEGANI Chorepiscopi Trevirensis *de Gestis Domini Ludovici Imperatoris*. Qvamvis enim hi aliiq; Auctores,
qui Imperatorum Vitas, aut Monasteriorum Chronicá edidêre,
ad *tertiam* & *quartam* hujus opusculi partes destinati videantur,
attamen ut temporum seriem quantum ejus fieri poterit, conne-
813. ctamus mentionem eorum etiam hic facere placuit. Hic *Theganus* coætaneus Imperatoris fuit, ipsoque adhuc superstite librum suum evulgavit, unde & extrema Ipsius non attigit; sed
desiit Anno Ludovici 23. qui Christi est 837. Secuit libellum 837.
hunc WALAFRIDUS STRABO in partes 58. ac singulis caput
suum sive argumentum præposuit, uti ex ejus præfatione libello
præfixâ liquet. Satis inde apparet, Auctorem hunc Straboni
cognitum fuisse *Ipsumq; genere nobilem, ingenio acrem & vehementem, amantem justitiæ atq; Imperatoris sui, lectionis multæ, sed docendâ regendaq; Ecclesiâ sua admodum astrictum, vereq; magis, quam eleganter, Strabonis* judicio, *scripsisse*. Reperitur hic apud
PITHOEUM ap. 91. usq; ad 336. cui subjungit alium etiam *Imperatoris Ejusdem Vitæ Scriptorem*, quem tertiæ parti reservamus. Hoc vero Codice quem P. Pithœus in lucem edidit, Co-
dex

dex ille qui in Augg. Bibl. Cæsareâ inter MS. Codd. Histor. *la-*
tinos 316tus est, duorum capitum Appendice auctior est, quæ
integra publicavit sæpius laud. Dn. LAMBECIUS, *l.* 2. c. 5. p.
391. 392.
70. (540) Nec sine injuriâ omitteremus hic Nobilissimi Scriptoris
NITHARDI Angilberti Filii, Caroli M. Imperatoris, ex Bertha
Filiâ, uti ipse de se indicat, Nepotis, Libros IV. quos *de dissensio-*
nibus Filiorum Ludovici Pij, ad fratrem Lotharii Imperatoris
814. composuit: Orditur ab excessu Caroli M. qui incidit in An-
num. 814. & progreditur ad Annum usq; *843.* quo ista monu-
menta consignavit, uti testantur ea, quæ extremo libro quarto
leguntur verba: *Temporibus bonæ recordationis Magni Caroli*
qui evoluto jam pene anno trigesimo decessit: pene trigesimo, sc.
quia ab anno *814.* quo Carolus decessit, usq; ad ann. *843.* cujus 843.
res gestas memorabiles exponit, solum sunt anni undetriginta.
Edidit autem hunc quoquè modo laudatus P. PITHOEUS in
Annal. Francorum a p. 433. ad p. 488. De hoc Scriptore Gene-
rosissimo legi potest *Pauli Petavij* in Francorum Curiâ Consilia-
rii *de Nithardo Caroli M. Nepote, ac totâ ejusdem Nithardi prosa-*
piâ, breve Syntagma. Paris. 1613. 4.
71. (541) Religiosissimi Imperatoris hujus Pietas admonet nos AL-
BERTI CRANTZII, Theolog. Prof. & Collegii Hamburgen-
sis Decani, unde & *Mejero in Annalibus Flandricis* Anno 1160.
Albertus Hamburgensis vocatur. Scripsit *Metropolin* seu *Histo-*
riam Ecclesiasticam de Ecclesiis Caroli M. ætate constitutis vel in-
stauratis. Prodiit *Colon.* 1597. 8. & cum *Saxoniâ*, aliisquè de
quibus parte IV. Deo volente, agendum, *Francof.* 1627. *fol.*
Sed ut ad historiæ semitam revertamur, occurrit hic nobis
Auctor scriptis historicis aliisq; celeberrimus, JOHANNES
72. (542) TRITHEMIUS, Abbas prius Spanheimensis, post Würceburgi
apud S. Jacobum, cognomen a patriâ sortitus, pago scil. *Trit-*
tenheim ad Mosellam. Is jure optimo locum hac in parte sibi
vindicat *Chronicis* duobus *Hirsaugiensi* scil. & *Sponheimensi*
(quod enim Monasterii *D. Jacobi Würceburgi Chronicon* attinet,
quod inter opera ejus Spiritualia à P. *Busæo* primo loco positum
est, cum & brevius sit, & res tantum interiores, uti ejusmodi
Scriptoribus loqui solenne est, id est Monasterii tantum tractat,
parum ad scopum nostrum facere videtur,) *Hirsaugiensis* igitur
Monasterij Chronicon (alterum enim inferius attingemus) incipit
830. ab Anno Christi 830. & desinit Anno 1370. *Neq; enim ulterius* 1370.
(verba sunt sæpius laudati *Vosii* l. 3. p. 580. *progreditur autogra-*
phum, quod in Bibliotheca Palatina solet asservari. Intelligo ta-
men alibi extare MS. integrum usq; ad ann. 1515. Edidit hoc
cum aliis Ejusdem Auctoris Scriptis Historicis M. FREHERUS.
Francof. 1601. fol.
73. (543) Modico hunc intervallo seqvuntur *Excerpta Australis Chro-*
nica antiquæ per MATTHIAM *Mareschallum de Pappenheim*,
852. *J. U. D. & Canonicum Augustanum*, ab Anno sc. Domini 852. ad
annum usq; *1326.* quæ debemus industriæ jam nominati M. FRE- 1326.
HERI; *Tomo Uno Scriptorum Rerum German.* ap. 311. *usq; ad*
326.
74. (544) Sed pleniorem paulò subsequentium Annorum Historiam
nobis reliquit DITMARUS sanguine pariter & dignitate nobi-
lissimus. Natus quippe illustri domo Comitum Walbeccensi-
um, Patre Sigfrido, quartum inter Ecclesiæ Merseburgensis Ponti-
fices

Incipit. A. C. | Desinit A. C.

fices locum obtinuit, maximisq; Imperii negotiis admotus.
Historiam suam adeo probavit eruditis, ut illorum testimonio
ob argumenti præstantiam, quod latinis literis, pro seculi ejus,
quo vivebat, captu, illustrandum suscepit, nec *Liviis, Tacitis aut*
Svetoniis, Scriptoribus sine dubio eminentissimis, neutiquam
876. concedat. Orditur eam à natalibus Henrici I. Imperatoris
quibus annus octingentesimus septuagesimus sextus insignis est,
continuatque ad annum millesimum decimum octavum usquè,
quà modo memorati Henrici I. Ottonum III. & Henrici II. 1018.
quinquè Imperatorum Saxonicorum res gestas complexus est;
Edidit eum post alios de Rebus Germanicis antiquis meritissimus JOACH. JOH. MADERUS, *cum Notis marginalibus, Tabulis genealogicis, copiosoq; Indice, nec non Vita Auctoris Compositione à Reinero Reineccio olim editâ Helmst.* 1667. 4.

75. (545) Transfusa hæc olim etiam est in Germanicám linguam uti
Dn. SCHOTTELIUS, in der außführlichen Arbeit von der deutschen Hauptsprache *lib.* 5. *Tract.* 4 *de Scriptoribus, &c.* p. 1182. testatur his verbis: *Ditmari Mersburgensis* Chronicka ist verdeutscht/und nebenst andern Historischen Händeln / sonderlich einen Mersburgischen Chronicko/so Ernestus Brotufius zusamen getragen / zu Leipzig *Anno* 1606. gedruckt und verfertiget worden/ durch Georgium Hahn / quem etiam *Ditmari Interpretem* nominat *Meibomius, Irmens. Saxon.* c. 13. p. m. 74.

76. (546) In hæc fere tempora incidunt *Incerti Auctoris Chronica*
Slavica, de Lübek, Hamburg, Lüneburg, Wismar, Rostoch, Sunda,
891. *& ceteris Civitatibus*, ab anno scil. 891. per capita 32. distincta, 1168.
& pertexta ad annum usq; 1168. quæ excipit *continuatio ex gestis*
Pontificum Lubecensium, Itemq; *alia temporum Continuatio ad*
Annum usq; Christi 1484. ordinante ERPOLDO LINDENBRO- 1484.
GIO ap. 203. — 273.

77. (547) E *Francicarum Rerum Scriptoribus* hic merito nominatur
FRODOARDUS Ecclesiæ Rhemensis Presbyter, qui *Chronicon*
919. *ab excessu Caroli, Imp. Ludovici Filij*; scil. ab anno 919. concinnavit, Publici id juris fecit quem sæpius laudavimus PITHOEUS in *Annal.* suis à. p. 109. — 201.

78. (548) Sed in Germaniam reversis offert se *Chronicon Austriacum*
Zwethalense in celeberrimo ordinis Cistertiensis Monasterio
Claræ vallis in *Austria* inferiori, vulgò Zwethal dicto, compositum, quod extat in *Augg.* Bibl. Cæsar. *duobus antiquis Codd. MSS. inter histor. lat.* 227. *&* 454. complectens Res gestas ab 1362.
928. anno 928. usquè 1362. Editionem ejus pollicitus est, cum multis aliis, Illustr. *LAMBECIUS*, in *Syntagm. Rerum German.*

78. (548) Hoc excipere poterit celeberrimi Monasterii Benedictinæ
familiæ, in monte prope Magdeburgum extructi, *Chronicon*,
936. BERGENSE vulgo dictum, ab ædificatione, circiter 936. aut secundum quosdam serius absolutâ, historiam illius, aliarumquè Rerum gestarum ad annum usq; 1595. complectens. Collegit hoc olim maximi nominis Historicus HENRICUS MEIBOMIUS, quod post Ipsius fata nominis ejusdem Nepos divulgavit, ed ditquè Helmst. 1664. 4.

80. (550) Succedet huic *PAULI LANGII Chronicon Citizense*: Monachus is fuit & Presbyter Cygneæ seu Zviccaviæ in Voitlandiâ natus: Regulam ordinis Benedictini amplexus *An.* 1487. in Monasterio Bozau juxta Zizam. Præcipuè autem *Chronico* hoc suo, quo nominis celebritatem adeptus est, exposuit *Ecclesiæ Zizi-*

ensis

Incipit. A. C. | Desinit. A. C.

968. *censis primordia, Præsules ac Res gestas, ab Anno Domini* 968. *ad*
Ann. usq; 1515. quo ipso anno eum *Johannes Trithemius* Abbas
B. Jacobi Würceburgi, *teste Gerh. Joh. Vossio*, ad Monasteria Ger-
maniæ miserat, ut undecunq; conquireret, describeret, atquè
ad se transmitteret, quæ ad *historiam Rerum germanicarum* illu-
strandam, aut *Catalogum Scriptorum Ecclesiæ* augendum perti-
nerent. Publici eum Juris fecit JOH. PISTORIUS hoc Titulo:
PAULI LANGII, *Cygnæi, Monachi Bozaviensis, Chronicon Citi-
zense de illius Diocæseos gestis, & aliis etiam passim juxta ejusdem
Præsulum annos & successiones digestum & ab anno* 968. *perdu-
ctum usq; ad annum* 1515. Legitur *Illustrium vet. Script. To. I.* 1515.
à p. 750. — 907.

81. (551) Interseri huc possunt commodè, non minus Natalibus
quam Eruditione Nobilissimi MATTH. *Mareschalli de Pappen-
heim*, J. U. D. & Canonici Augustani *Excerpta ex Chronicâ Au-*
973. *gustensi antiquâ ab A. D.* 973. *usq; ad ann.* 1104. Produxit in lu- 1104.
cem hæc M. FREHERUS *Germ. Rer. Script. To. I. à p.*
343. — 357.

82. (552) Brevioribus hisce jungi poterit *Continuatio Chronici Fro-
doardi ex alio chronico, quod Wilhelmi Nangij Monachi S. Diony-
sii videtur & ad annum usq;* 1310. *producitur*: Exhibet eam PI- 1301.
THOEUS, *libro sæpius laudato* à p. 207. — 214.

83. (553) Ex nostratibus vero *Anonymi Chronicon Stederburgense*,
1001. quod ab Anno Salutis 1001. inchoatum & ad 1180. pertextum 1180.
publici Juris factum est, inter Viri qv. Cl. HENRICI MEIBO-
MII, *Opuscula Historica varia Res Germanicas concernentia, par-
tim auctiora, partim primum è MSS. edita, ab ejusd. nominis Ne-
pote* HENRICO MEIBOMIO, *Helmst.* 1660. 4.

84. (554) Excipere hæc queat *liber de fundatione Monasterij Gozecensis*
qui inter ea quæ Cœnobium hoc concernunt, plura etiam exter-
na, (uti à Monachis Politica appellantur,) continet, ab Anno
1041. scil. Christi 1041. ad ann. usquè 1135. Edidit eum & *chronico* 1135.
Montis sereni paulò post memorando, adjunxit JOACH. JOH.
MADERUS, cui & acceptam ferimus Editionem *libelli de funda-
tione Cœnobij Bigaugiensis*, qui res gestas à temporibus Henrici
1050. III. anno circ. 1050, usq; ad ann. 1512. complectitur. 1512.

85. (555) Ut ad TRITHEMIUM revertamur, monet *Chronicon* ejus
Sponheimensis Monasterij, ex quo fragmentum de *Lauris hamen-
sis* Cœnobii alium in statum conversionè sub Friderico II. Imp.
factâ, unâ cum Scriptoribus aliquot Rerum Germanicarum
primus divulgavit M. FREHERUS. Sed postea Idem in Volu-
mine Operum Trithemii Francof. 1601. fol. impresso *Chronicon*
1044. hoc integrum edidit. Orditur illud ab Ann. Christi 1044. &
perducit ad annum usq; 1511. *Extrema*, censente, doctissimo 1511.
Vossio, *ab alio sunt, qui nonnulla post ejus excessum adjecit: Et
sane pleraq; quæ ad vitam Trithemij in Opere eo pertinent, alium
habere Auctorem satis est evidens.* Vitam ceteroquin Scriptoris
hujus celeberrimi fusius descriptam dedit *Wolffgangus Ernestus
Heidel, in Joh. Trithemij Steganographiâ* vindicatâ & referatâ
Moguntiæ 1676. 4. impresso.

86. [556] Referre huc licebit Auctores illos *Anonymos*, qui *Herman-
ni Contracti* Historiam superius laudatam, quæ Anno Christi
1050. 1050. definit, Continuationibus suis hactenus ineditis ad An-
num usq; Christi 1347. auxerunt, quos publicandos in Corpore 1347.
suo, seu Syntagmate Rerum Germ. promisit Dn. LAMBECIUS.

Incipit. A. C. | Definit A. C.

Neque rursum hic nominare pigebit BERTHOLDUM
87. (557) Constantiensem, cujus supra sub *Hermanno Contracto*, quem iti-
dem continuavit undecim annorum historiâ, mentio facta est:
Laudandus vero hic venit, peculiari Opere, *quo sui temporis, Res*
1053. *gestas ab Anno scil.* 1053. *usq; ad annum* 1100. quo & obiisse cre- 1100.
ditur, *complexus est. Quod si animum affectibus mancipare haud*
visum fuerit, Verba sunt doctissimi Vossii, *subscribamus Cuspinia-*
no, quando ait: Bertholdum multa de Henrico IV. scripsisse, sed
male affectum. Rationes Lector Benev. ipse videre poterit
apud laudatum *Vossium de histor. lat. p. m.* 366. Edidit
eum primus CHRIST. URSTISIVS, à p. *399* ad p. *393*. fol.

88. (558) Merito hunc excipiet, & temporis quod sequimur, ratio-
ne, quam infesto in Henricum IV. animo, *Bertholdo* proximus
BRVNO, qui nomen inter Historiæ Germanicæ conditores ad-
eptus est sua *de bello Saxonico historiâ ad Werinherum Episcopum*
Merseburgensem, in quâ describitur adolescentia Henrici IV. Impe-
ratoris, ejusq; bella cum Saxonibus, itemq; Electio Rudolphi & Her-
1073. *manni Regum in schismate*, ab A. D. circiter 1073. ad ann. 1082. 1082.
Edid. M. FREHERVS, Tomo I. a p. 99. —153.

89. (559) Ne vero temporum illorum fides vacillaret, nimisq; par
tium studio Imperatoris fama laboraret, eidem FREHERO
subjungere placuit *librum Apologeticum de unitate Ecclesiæ con-*
servandâ & Schismate quod fuit inter Henricum IV. Imperatorem
& Gregorium VII. Pontificem Maximum. Auctorem ejus scri-
pti *VENERICUM VERCELLENSEM* alii, *WALTRAMUM*
NAUMBURGENSEM, alii existimant. Primus ipsum *Ulricus*
Huttenus in Fuldensi Bibliothecâ inventum edidit cum præfa-
tione ad Ferdinandum Archi-Ducem Austriæ. Vide apud modo
laudatum *FREHERUM*, p. 154. —736.

Sed ad Historiæ seriem revertentibus, occurrit nobis *Elwan*
90. (560) *gensis Monasterÿ Chronicon* excerptum à supra nominato Dn.
MATHÆO *Mareschallo à Pappenheim* (de quo videri poterit
quantus olim ille fuerit *Wolfgangus Lanzius de Migrationibus*
Gentium l. 7. f. 574. Edit. Basil.) Incipit vero ab Anno Christi
1095. 1095. ad annum usq; 1477. Exhibet illud eodem Tomo M. 1477.
FREHERVS à p. 453. — *466*.

Commodè hic inseremus Chronica quædam hactenus in-
cognita, quorum Editionem ex Augustissimo Bibliothecæ Cæsa-
reæ thesauro publicos in usus promisit, quem sæpius laudavi-
mus, Illustris Dn. LAMBECIVS: utpote:

91. (561) *Chronicon Austriacum* ab Anno Christi 1104. quod extat in
1104. *Augg. Bibl. Cæsareâ, antiquo Codice MS. membranaceo, inter*
Codd. MSS. historicos latinos, n. 409.

92. (562) *Chronicon Austriacum Florianense*, in celeberrimo Austriæ
superioris Monasterio S. Floriani, Canonicorum Regularium
S. Augustini compositum, quod extat in *laudatissimæ Bibliotheca*
antiquo Codice MS. membranaceo Ambrasiano, 272. & comple-
ctitur res gestas à temporibus *S.* Leopoldi Marchionis Austriæ
usq; ad annum Christi 1310. 1310.

93. (563) *Chronicon Austriacum Neuburgense* in splendidissimo & o-
pulentissimo Austriæ inferioris Monasterio vulgò Kloster Neu-
burg dicto, compositum, quod extat *in Augg. Bibl. Cæsarea Codi-*
ce antiquo membranaceo MS. inter MSS. Codd. histor. latinos
405. & complectitur Res gestas ab Anno Christi 1114. quo Basi- 1310.
1114. lica Neuburgensis à S. Leopoldo fundari cœpta est, ad Ann. 1310.

Incipit. A.C. | Desinit. A. C.

Ex Austriâ in Misniam convertentibus nobis sese offert
94. (564) *Chronicon Montis Sereni, seu Lauterbergense*, ante quatuor &
quod excurrit secula collectum, & jamdudum à Cl. Viris M.
FREHERO & HENR. MEIBOMIO promissum, nunc demum
unâ cum veterum Misniæ Marchionum, in eodem monumento ari
inciso, aliorumq; Monasteriorum Chronicis vetustis, ac Fundatio-
nibus, ex Codd. MSS. editum Tabulisq; Genealogicis illustratum,
à felicissimo ejusmodi Antiquatum Indagatore JOACH. JOH.
1124. MADERO, *Helmst*. 1665. 4. Incipit vero ab Anno 1124. ad an-
num usq; 1144. ulterius fortassis continuatum, si integræ Au- 1144.
ctoris illius operæ copia fuisset, cum ex Additamento Meibo-
miano ad Codicem Freherianum nonnulla perierint:

Modo nominatus, deq; rebus Germanicis meritissimus
MEIBOMIUS, horum fere sequentium proximè temporum
95. [565) memoriam conservavit CHRONICO MARIENTHALENSI,
quod Monasterium dimidio milliari ab Helmstadio in amænis-
simâ valle fontibus & piscinis irriguâ situm est, Incipit ab anno
1138. 1138. ad annum usquè 1609. Opus posthumum, cujus Editionem 1609.
cum *Elencho Operum Meibomianorum*, tam quæ publicam jam
lucem aspexerunt, quam quæ adhuc eam operiuntur, debemus
Doctissimo CHRISTOPHORO SCHRADERO, Prod. *Helmst*.
1651. 4.

1140. Biennio post, ab anno sc. 1140. *Chronicon suum Mogunti-*
96. [566) *nense*, inchoavit CONRADUS, *incertæ Sedis Episcopus*, quod
etiam produxit ad annum usq; 1250. An ipse ille fuerit, cujus 1250.
ad annum 1249. mentionem facit non satis liquet. Primus hoc
CONRADI Chronicon typis excripsit *Hervagius*, *Basileæ*,
1525. Itemq; JUSTUS REUBERUS, sub titulo: *Chronicon*
vetus Rerum Moguntiacarum per Conradum Episcopum, sub
finem *Tomi* sui, quo *Rerum Germanicarum Scriptores* nonnullos
comprehendit, & ante ipsum URSTISIUS, Tomo I. cui etiam
subjecit, *Privilegium civibus Moguntinensibus ab Adelberto Ar-*
chiepiscopo concessum. Anno 1135.

Pari itidem biennii intervallo succedent, *Annales Cremb-*
munstrenses, in vetustissimo & Nobilissimo Monasterio Austriæ
1142. superioris (cujus paulo ante mentionem fecimus, n. sc. 67.)
conscripti Anno 1142. & ibid. continuati, usq; ad annum 1217. 1217.
cujus editionem promisit Dn. *Lambecius*.

97. (567) Proximè sequi potest HENRICI MEIBOMII, gnarissimi
patriæ Viri *Chronicon Riddagshusense*, seu *eorum, qui antiquo*
1145. *celeberrimoq; illi Monasterio à primâ ejus fundatione Ann. sc.* 1145.
per Annos 474. *præfuerunt, Abbatum Catalogus: Insertis passim*
multis notatu dignis rebus, in Saxoniâ gestis, & nobilium qua-
rundam familiarum genealogiis accuratè enucleatis. Ex Chroni-
cis tum editis, tum MSS. aliisq; fide dignis monumentis veteribus,
minusq; obviis collectum. Prod. *Helmst*. 1620. 4.

98. (568) Illustrandis nonnihil subsequentium temporum rebus ad-
hibebitur haud inutiliter *Pars Chronici Monasterij SS. Udalrici &*
1152. *Afræ, apud Augustam Vindelicorum*, ab Anno sc. Domini 1152. ad
annum usq; 1165. Res Bavaricæ cum alicubi inserantur, & inter 1165.
alia Cœnobii Altahæ inferiotis, compilatam esse per HENRI-
CVM STERONEM verò admodum simile esse videtur FRE-
HERO, qui illam publici juris fecit. To. I. p. 358.—383.

99. (569) Commodè hic collocari poterit *Appendix vetusti alicujus*
Scriptoris ad RADEVICUM (de quo Deo Volente, *parte tertiâ*

 scriben-

Incipit. A. C. | Desinit. A. C.

ſcribendi erit occaſio) quam ex antiquo exemplari expreſſit URSTISIVS, *parte prima*, p. 558. Exhibet vero breviter, quæ geſta ſunt ab Anno Incarnationis Dominicæ 1160. usqvè ad An-
1160. num 1170. 1170.
100. (570) Sed pleniorem proximorum temporum Hiſtoriam nobis ſervavit, GODEFRIDVS, *Monachus ad S. Pantaleonem*, intra muros Coloniæ Agrippinæ, *Annalibus* ſuis, quibus concinnan-
1162. dis non indiligentem impendit operam, ab Anno 1162. ad ann. usquè 1237. qui vigeſimus eſt Friderici II. Imperatoris. Primus eum in lucem produxit M. FREHERVS, To. I. Scriptor. Germ. p. 239.—303.
101. (571) Hunc excipere poterit, præſertim, quod res illius Germaniæ partis, quæ ad Septentrionem vergit, ſpectat, ARNOLDVS, Præpoſitus primò Hildeſienſis poſtea verò Abbas Lubecenſis, *Auctor ſupplementi Chronicorum* HELMOLDI, *Presbyteri Buzovienſis*, quod opus dicavit Philippo Razenburgenſis Eccleſiæ
1171. Antiſtiti. Orditur autem hiſtoriæ ſuæ telam Anno à N. C. 1171. in quem religioſa Henrici Leonis in terram ſanctam profectio incidit, quam pertexit ad tempora usq; Ottonis IV. ad annum ſcil. 1209. quo Imperator Ille Romæ coronatus fuit. *Hunc in* 1209.
rebus Slavicis fide dignum eſſe, non iis item, quæ de Italiæ, Siciliæ, Græcorumq; rebus annectit, in quibus ſatius ſit eos audire, qui ex profeſſo de iis tractarunt, cenſet eruditiſſimus *Voſſius l. 2. de hiſtor. lat. c. 55. p. m.* 418. Edidit eum unà cum Helmoldo, notisquè illuſtravit doctiſſimis, *HENRICUS BANGERTUS*, *Lubecæ*. 1659. 4.
102. (572) *U*ltima hujus Auctoris capita, 18. ſcil. 19. 20. 21. cum concluſione operis, quæ dubio procul in antiquioribus Bangerti hâc, Editionibus deſiderata fuêre, ex *MS.* quodam in publicum dedit *HENRICUS MEIBOMIUS*, p. 567. & ſeqq. in calce *Opuſculorum Hiſtoricorum, ab ejus Nepote editorum Helmſt.* 1660. 4.
103. (573) Germanicis hisce Scriptoribus haud injuriâ etiam accenſebimus exoticum quendam, incerti quidem nominis, ordinis verò ad *S. Juſtinæ, Paduæ Monachum*, qui tribus complexus eſt libris Res ſuis temporibus geſtas in Inſubribus & *E*uganeis, hoc eſt, Lombardiâ & vicinâ Marchiâ Tarviſinâ. Orditur ab Anno
1207. 1207. quo Azo Marchio Eſtenſis à Monticullis, favente his Ezelino, Veronâ ejectus eſt, finemquè imponit, ubi pervenit ad Annum 1270. Inſeruit hanc *Tomo ſuo primo Hiſtoricorum Germanorum*, quia ſcil. ea, quæ in Friderici II. Imp. tempora incidunt, cui hic Monachus coævus fuit, quæq; ab Auguſtalibus Vicariis in Lombardiâ & Tarviſinâ Marchiâ patrata ſint, enarret, URSTISIVS à p. 581. ad fin. usquè. 1270.
104. (574) *E*arum vero rerum quæ circa hæc tempora in Germania contigere, notitiam aliquo modo haurire licebit ex *Dominicanorum Colmarienſium Faſtis*, cœptis ab Anno 1211. & continuatis
1211. ad ann. usq; 1303. Quos excipit pars altera, eorundem *Dominicanorum, uberiorem continens narrationem rerum aliquot memorabilium quarum in Annalibus ſeu Faſtis conciſa facta fuit mentio.* Hos, quibus etiam *Stumpfium*, in operoſo *Rerum Helveticarum* volumine contexendo, uſum eſſe deprehendit *URSTISIUS*, itidem publici juris fecit, *German. Hiſtor. parte alterâ à p. 5. usq; 62.* 1303.
105. (575) Jure hos excipiat *HENRICUS STERO*, Altahæ inferioris vulgò Altaich/*M*onachus, qui ſub Abbate Hermanno, cujus

Capella-

1266. Capellanus fuit, & qui Alberti Austriaci temporibus potissi-
mum floruit, ex chronicâ Cœnobii sui Res gestas ab Anno 1266.
ad annum usq; 1300. descripsit, uti eum exhibet M. FREHE- 1300.
RUS Tomo I. *Rerum Germ. Script.* p. 384. — 404. Sed lon-
gè eum ante ab Anno sc. 1152. historiæ suæ telam exorsum esse,
multisq; partibus eum auctiorem produxisse *Canisium*, docet
nos *Vossius*, *laudati sæpius Operis l. 2. c. 62.* cui etiam assentitur
Bucelinus in historiæ semitâ per Auctores demonstratâ p. 487.
[Monendum vero hunc auctorem apud *Canisium*, non inveniri
Tomo 2do Antiqv. LL. uti, procul dubio mendose, apud *Vossium*
legitur, sed Tomo I. ubi habetur, à p. 229. — 304. Quæ vero
post annum 1300. adjecta huic Auctori leguntur, eam Appendi-
cem ad annum usq; 1335. addidêre *Ulricus & Conradus Wellingi*, 1335.
Fratres, S. S. Udalrici & Afræ, Augustæ Vindel. Monachi,
Ord. S. Benedicti: Reper. apud modo laudatum FREHE-
RVM à p. 404. — 410.

106. (576) Huic STERONI æqualis fuit *EBERHARDUS* Altahensis,
Ratisponensis Ecclesiæ ArchiDiaconus, cujus & *Gesnerus* in Bi-
bliothecâ mentionem facit. Annales suos condidit ab anno
1273. 1273. sub auspicia scil. Rudolphi I. Habspurgici, ad annum us-
què 1305. Primus eum è Codice MS. Monasterii SS. Udalrici 1305.
& Afræ divulgavit modo nominatus *H. CANISIUS, AA. LL.*
Tomo I. a p. 305. — 357.

Proximorum horum convenientia, ut svetum hactenus
107. (577) temporis ordinem non adeo observaverimus, occasionem de-
dit: quippe brevi ante *M. ALBERTUS Argentinensis*, seu de
Argentinâ, qui temporibus Caroli IV. & Filii ejus Wenceslai
floruit, Chronicon suum à Rudolphô I. Habspurgico seu anno
1270. 1270. bonâ fide condidit, usq; ad obitum Caroli IV. Impera-
toris, seu annum 1378. Opus sane egregium, in quo multa aliis 1378.
omissa, vel non adeo planè pleneq; explicata reperies. Fre-
quentem ejus in *Austriâ* suâ mentionem facit *Cuspinianus*, qui
& ejus fragmentum edidit, cum Coss. Rom. quod *Oporinus* ex-
cudit *Basileæ* 1553. Exemplaria enim duo nactus erat, sed quo-
rum prius præ carie legi non posset, alterum à priori multum
differret, sed planè lacerum esset & mutilum. Gratiam igitur
haud exiguam debemus industriæ *CHRISTIANI URSTISII*,
qui eum *parte alterâ Scriptorum Rer. Germ.* integrum divulgavit,
à p. 97. usq; 166.

108 (578) Jungi huic poterit *Australis Historia* Pars plenior, de gestis
videl. sub Rudolpho, Adolpho, & Alberto Cæsaribus, ab anno sc.
1276. 1276. ad annum usq; 1305. quam typis vulgari curavit M. *FRE-* 1305.
HERUS. To. I. p. 327. — 347.

109. (579) Omnino autem hic nobis memorandus erit *HENRICUS
REBDORFENSIS*, Monachus, Annalibus suis hoc meritus, qui-
bus Res gestas sub Adolpho, Alberto, Friderico, Ludovico Ba-
varo, (in quo potissimum se, utpote eorum, quæ ævo illo con-
tigêre peritissimus, diffundit) & Carolo IV. Imperatore, ab
1295. anno 1295. usq; ad annum 1362. exposuit. Edidit eum primo 1362.
FREHERUS, legiturq; apud eum Tomo I. Scriptorum à p. 411.
ad p. 452. verum postea eundem ex *MS. Codice Rebdorffensi* e-
mendatiorem in lucem edidit *CHRISTOPHORUS GEWOLDUS*,
Duc. Bav. Consil. *Ingolst.* 1618. 4.

Quanta vero illorum & sequentium temporum ruditas
fuerit, nullaquè fere humaniorum literarum cura, doctissimo-

Incipit. A. C. | Desinit A. C.

rum Virorum satis exponunt querelæ, tum etiam mira eorum,
qui res gestas consignarunt raritas: Neminem enim hic, qui
per tot annorum cursum historiam cœperit, laudare possum,
nisi hunc in ordinem duos ascribam, qui Germanicam histori-
am scrutanti ex parte prodesse possunt, quosq; in *Directorium*
suum Historicorum Romano-Germanici Imperij Tomo primo scri-
ptorum præfixum lacunæ huic explendæ ascivit FREHERVS.
110. (580) Ex his unus est *JOHANNES FROISSARDVS*, Hannonius
Belga, Canonicus ac Thesaurarius in Diæcesi Hanoviensi & Le-
odiensi. Nomen inter posteros celebre meritus est, partim
laudibus Philippæ Reginæ, quas libris duobus complexus est,
326. tum præcipuè *Chronico sui temporis*, quod ab anno 1326. ince-
ptum, ad annum usquè 1399. perduxit: Fide tantò magis di- 1399.
gnus, quod diu Regum Principumq; familias, inprimis Philip-
pæ Comitis Hænoviensis Filiæ, & Eduardi III. *Anglorum* Regis
conjugis sectatus, ea tantum, quæ vel ipse vidit, vel quæ ab aliis
Rerum gestarum testibus oculatis acceperit, referat. Videri pos-
sunt, quæ de ipso scribat *Vossius* l. 3. c. 4. p. m. *497*. Ex hujus
Voluminibus amplioribus memorabilia excerpsit, latinequè
vertit JOH. SLEIDANVS, quod Opusculum Johanni Bellajo
Episcopo Parisiensi inscriptum cum *Cominæo & Claudio Sesellio*
prodiit *Francof. ad Mœnum* 1578. *fol.*
111. (581) Idem ille *PHILIPPVS COMINÆVS*, alter est, quem ad ali-
quam Historiæ Germanicæ lucem affundendam è Gallia huc ac-
cersimus. Eques hic Flander, & Carolo Burgundionum Duci,
1464. post Ludovico XI. Franciæ Regi in deliciis, Res ab anno 1464.
ad annum usquè 1478. decem Commentariorum libris compo- 1478.
suit, ità laudabiliter, ut doctissimus *Lipsius in Not. ad lib. 1. c. 10.*
Polit. non vereatur eum componere cum quovis antiquorum,
Gallicum hunccè Scriptorem latinè loquentem fecit, *JOHAN.*
SLEIDANVS qui & Vitam ejus adjecit, uti eam à domestico
Cominæi Matthæo *Atrebate*, viro bono atquè erudito accepe-
rat. Prodiit Cum paulo superius recitatis *Francof. ad Mœnum,*
Ann. 1578. *fol.* Comtiorem vero hunc ipsum *Auctorem* Nobi-
lissimum edidit *CASPAR BARTHIVS*, *Francof.* 1629. 8. Vide-
ri de hoc possunt pluribus, *Lipsius loco citato: Scævola Sanmar-*
thanus l. 2. Operis, quo Elogia Gallorum doctrinâ illustrium per-
scripsit: item Jacobus Marchantius, lib. 1. Comm. de Flandriâ,
ubi de oppido Cominio tractat, consignavêre.
Nec minus etiam Catalogo huic nostro accensebimus *Au-*
ctores nonnullos, qui non continuam quidem Variarum Re-
rum Historicam seriem per annos aliquot conscripserunt, sed
bellum aliquod insigne illustrandum sibi sumserunt: Cum
enim integrum hic navigium, quo vastum Historiarum tempo-
rum horum Oceanum emetiri queamus, non suppetat, quidni
Tabulis nobis undiquaq; arreptis uti licebit? Incidit in hæc
tempora *Bellum* istud, quod non Bohemiam tantum ubi exor-
tum, sed & bonam Germaniæ Partem maxime concussit, *HVS-*
SITICVM vulgo appellatum, quod vario Marte, metuquè ma-
jori per annos aliquot gestum, descripsit *M. ZACHARIAS THE-*
112. (582) *OBALDVS*, Schlaccowaldensis Bohemus, qui laborem hunc su-
um ex *Historicis fide dignis, Monumentis antiquis & MSS. collegis-*
1401. *se, & ab anno* 1401. *ad Sleidani usq; tempora, Ann. sc.* 1517. *conti-* 1517.
nuasse in frontispicio libri testatur, qui prodiit Germanico
Idiomate conscriptus, *Norinbergæ* 1621. 4. & Francof. eod.
anno fol.

Subsecu-

Incipit A. M. | Definit. A. C.

Subſecutum eſt iſtud *BELLUM* aliud *HELVETICUM*, diu
& fere cum exitio Nobilitatis antiquiſſimæ geſtum: Damna
enim hæc ulturus, & Helvetios ad officium revocaturus Maximi-
lianus I. Imperator, infeſto petit fœderatos exercitu, quod fa-
1498. ctum an. *1498*. Cum vero non ex voto res gereretur, ipſeque
ab hoſtibus ſubinde premeretur, pacem cum iis tandem Baſileæ
inivit: Bellum hoc, cujus Ipſe pars non ultima fuit, elegantiſſi-
113. (583) mè deſcripſit Vir Illuſtr. BILIBALDUS PIRCKHEIMERUS, D.D.
Maximiliani I. & Caroli V. Impp. Conſiliarius, Eques, auratus,
Senator & Patricius Norinbergenſis. Legitur inter opera ipſi-
us à *Melchiore Goldaſto* collecta, & *Francof.* 1610. fol. edita: à
p. 64. usque 91. Itemq; apud *Freherum* Tomo III. *Scripto-
rum Rerum Germ.*

Provecti jam ſumus ad ſeculum decimum ſextum, quod uti
mutationibus variis, Rerumq; geſtarum magnitudine inſigne, ita
præclara ingenia complura, ſtudiis licet diverſa, in ſcribendi cu-
ram advertit. Occurrit hic primo haud obſcuri nominis Scri-
114. (584) ptor F. LAURENTIUS SURIUS, Carthuſianus, qui præter alia
Ingenii monumenta Commentarium compoſuit Rerum in or-
1500. be Ab Anno Salutis 1500. usq; ad annum 1568. ex optimis 1568.
quibusque ſcriptoribus (uti ipſe in fronte libri prædicat] con-
geſtum, recensq; multis locis non parum auctum & locupleta-
tum. Prodiit Colon. 1568. 8.

1504. *BELLUM* hic incidit *BAVARICUM*, cruentum ſatis, nec
parvo Palatinorum damno geſtum, quod è Georgii Divitis te-
ſtamento conflatum erat: Is enim Ruperto Palatino genero
ſuo, omnem ad dixerat Bavariam, exhæredatis Patruelibus, Al-
berto, cui Cæſaris Soror nupſerat, & Wolffgango. Cæſar
cum honeſtis pactionibus Edictisque nihil proficeret apud Ru-
pertum, proſcriptionis eum ſententiâ ferit: Philippo contra
Electore Filium protegente. Inſurgunt ergo cum Cæſare &
Bavaris, Fridericus Brandenburgicus, Gvilhelmus Haſſorum
Landgravius, & Ulricus Würtenbergicus: Sæpius ambiguo
Marte concurritur, Bohemis Palatinum adjuvantibus; Sed vi-
cerunt tandem partes Alberti, Cæſarq; Bohemorum uno con-
greſſu mille ſexcentos occidit: Subacta Palatinarum ditionum
oppida complura, è quibus Maulbronnam, Winsbergam Lau-
wenſteinium Würtenbergicus, Altorfium Norinbergenſes, alii
alia decerpsêre. Prolixius de hoc bello egerunt *David Chy-
træus* Chron. Saxon. lib. 4. & peculiari Opere *Johannes Tritbe-
115. (585) mius*, quod publico dedit MARQ. FREHERVS. Scriptor. Re-
116. (586) rum Germ. Tomo. 3. Itemque RICHARDUS BARTHOLI-
NUS, Peruſinus, Poëta, *Auſtriades, ſeu de Bello Norico libris 12. ad
D. Maximilianum*, quos cum Scholiis *Jacobi Spiegelij* edidit
REUBERVS, Tomo ſuo Auctorum Rerum Germanicarum:

Nec minus Trevirenſi Archiepiſcopo multum negotii fa-
ceſſiverat Vir pervetuſtâ generis Nobilitate, magis vero animi
magnitudine inſignis, Franciſcus à Sickingen, quem *Sleidanus*
magni nominis hiſtoricus *Comm. lib. 3. p.m. 78.* Virum for-
tem nominat; Cauſa belli erat, non Religio, ut quidem jacta-
batur, *ſed quod Richardus duos quosdam ſua ditionis homines, pro
quibus ille fidejuſſerat, non ſiſteret judicio. Sic enim habent literæ
quibus amicitiam ei Franciscus ad exitum Auguſti menſis renunci-
117. (587) at*: teſte eodem *Sleidano loco cit.* Fuſius hæc deſcripſit HU-
BERTUS THOMAS LEODIUS, quem inter Scriptores Re-
rum

rum Germanicarum *Tomo III.* comparere jussit, *MARQ. FREHERVS.*

Antequam vero ad *BELLVM* illud *GERMANICVM* quod hoc seculo, præcipuè quod Patriam concernit nostram, memoratu dignum, accingamur, Tumultus quidam, illi quasi præludentes, considerandi sunt, qui latissimè per Germaniam vicinasquè regiones terrorem sparsère, sed brevi temporis spacio non sine magnâ vilis sanguinis effusione compositi. Maximis
1525. enim circa Annum seculi hujus 25. turbas Rustici dedère, incentoribus nonnullis in locis, & seditionis signiferis illis, quos patientiæ Doctores esse oportuerat. Hos descripsit PETRUS
118. (588) GNODALIUS, tit. *Rusticanorum tumultuum in Germaniâ Ann. 1525. excitatorum, & feliciter à Magistratu repressorum vera & compendiosa Historia, ex variis Auctoribus, literarumq; monumentis collecta, & nunc primum in lucem edita, libris V.* Legi potest apud SIM. SCHARDIUM, *Scriptorum To. II. p.* 131. Historia hæc etiam in germanicum idioma transfusa à *M. Jacobo Schlussero* separatim prodiit, in fol.

Præter hunc alii etiam Tumultuum illorum historiam
119. (589) composuere PETRUS scil. CRINITUS, JOHANNES ATRO-
120. (590) CIANUS, qui elegiaco carmine eos expressit, & HUBERTUS
121. (591) THOMAS LEODIUS, quos ab oblivione & interitu vindicavit M. FREHERVS, publiciq; juris fecit *Tomo III. Script. Rer. Germ.*

Rusticorum tumultus vix decennii intervallo excepit fata-
1535. lis Anabaptistarum furor, qui civitatem Monasteriensem nimis credulam tantùm non evertit, Præter *Sleidanum* qui hæc prolixè describit, *Comment. lib. X.* Videri potest *Tumultuum Anaba-*
122. (592) *ptistarum Liber unus, Auctore* LAMBERTO HORTENSIO, *Montfortio, Ludim. Schola Nardenæ, ad Coss. & inclytum Senatum Amstelradamensem:* Extat apud SCHARDIUM, *To. II. p.* 298.

Itemquè, *De miserabili Monasteriensium Anabaptistarum obsidione, excidio, memorabilibus Rebus gestis in Vrbe, tempore obsidionis, Regis Knipperdollingi & Krechtingi, Confessione & exitu,*
123. (593) *libellus* ANTONII CORVINI *ad Georgium Spalatinum* scriptus, quem pariter exhibet modo laudatus SCHARDIUS, *libro, cit. p.* 314.

Succedit jam *BELLVM GERMANICVM*, quod (verbis *Thuani*, ut utar initio lib. 2.) *mole maximum, confectu facillimum, eventu felicissimum, Cæsar cum Principibus fœderatis & civitatibus Augustanæ Confessionis sociis intra anni curriculum gessit.* Hoc uti non solum Germanos infestis in armis, sed & Hispanos Italos, aliasquè gentes vidit, mirum non est, si varios etiam summiquè nominis acceperit Præcones, quorum nonnulli variis Rebus tunc temporis gestis ipsi interfuère. Ex quibus
124. (594) nominandus primo venit LVDOVICVS *ab Avilâ & Zunigâ*, Hispanus, Imperatori Carolo V. à consiliis intimis, Cubicularius, & Militiæ Alcantarensis Præfectus, Vir aulicis negotiis exercitatissimus, belliquè Dux peritissimus: qui istud statim post partam à Cæsare victoriam Anno sc. 1548. libris duobus, quibus 1548.
Commentar. de bello Germanico à Carolo V. Cæsare Maximo, gesto, præscripsit, linguâ Hispanicâ exposuit, qui postea à *Gvilhelmo Malinæo* Brugensi latinè redditi, & Iconibus ad historiam accommodis illustrati prodierunt, Anno 1550. 8. & postea Argentorati iteratis curis revisi.

125. (595) In hoc eodem enarrando occupatus etiam fuit teste *Hortle-*

Incipit. A. M. | Desinit. A. C.

dero in Præfatione Tomi I. Von den Ursachen des deutschen Kriegs paulo post indicandi, JOHANNES GODOIUS, Italus Principi Sulmonensi, Equitatus Cæsarei, Magni Ducis Hetruriæ, & Ferrariensis Præfecto, à secretis, qui eodem anno sc. 1548. libellis duobus Italicâ linguâ exaratis id complexus est, qui primo Venetiis prodierunt, in vernaculam linguam postea conversi.

126.(596) His non sine Historiæ luce adhiberi poterunt, quæ NICOLAUS MAMERANUS, Lucemburgius Belga, Anno 1548. & 50. in publicum edidit duobus voluminibus, quorum priori comprehenditur *Catalogus omnium Generalium, Tribunorum, Ducum, Primorumq; totius exercitus Caroli V. Imperatoris Augusti, & Ferdinandi Regis Romanorum, super rebelles & inobedientes quosdam Germaniæ Principes & civitates conscripti, Anno 1546. Colon. 1550.* altero vero exhibetur Catalogus *Familiæ totius Aulæ Cæsareæ, per expeditionem adversus inobedientes &c. usq; Augustam Rhætiam,* Prodiit, itid. *Colon. 1550.* 8.

127.(597) His accensebuntur, quæ *Horiledero* eodem Auctore, JOACHIMUS CAMERARIUS, Papæbergensis, iisdem fere temporibus, singulari, imperfecto tamen libello, *de Bello Schmalkaldico,* græcâ linguâ: Item quæ MARTINUS CRUSIUS, eleganti
128.(598) etiam libro, Idiomate eodem, *De Parentum suorum in Bello germanico discrimine,* sunt commentati, cujus utriusq; labores postea latinâ linguâ sunt redditi. Ambos Tomo III. Scriptorum Rerum Germanicarum complexus est MARQ. FREHERUS, & priorem quidem cum versione & supplemenro SIMONIS STENII. Manum etiam huic illustrando Bello admovit Vir disertissimus, LAMBERTUS HORTENSIUS, cujus etiam paulò superius mentio facta est, Libb. VII. *Historiarum de Bello Germanico, ad Amplissimum Ordinem Senatorium Daventriensis Reipubl.* Exhibet eos SCHARDIUS, To. II. Scriptorum, p. 442. qui & in germanicum Idioma conversi, excusi sunt Argentorati, Anno 1616.
129.(599)

130.(600) Horum omnium laborem feliciter æquavit, imò facile superavit JOHANNES SLEIDANUS, ab oppido Sleiden, in Eifalia, in quo natus est, cognomen sortitus: qui Argentorati, sedecim annorum labore, summâ industriâ, (cujus indicium est, quod sic attriverit eâ operâ ingenii memoriæq; vires, ut sub finem Vitæ, ne quidem trium filiarum etiam admonitus reminisci potuerit) perfectissimum Opus, de Statu Religionis & Reip. sub
1517. Carolo V. Cæsare, ab Anno sc. Salutis, 1517. circa extrema fere D. Maximiliani tempora ad Annum usq; 1556. libris viginti sex 1556.
composuit, Resq; Ecclesiæ juxta & Reipubl. judicio & Eloquentiâ non vulgari prosecutus est, ut plurium, exterorum etiam, & Germanicæ laudi iniqvissimorum testimonia meritus sit honorifica. Notatu dignissima sunt verba *Aubignæi* Scriptoris Galli lib. 1. *Histor.* c. 1. de Sleidano: *Autheur, qvi n' a esté assez leu, ny assez estimé en ce Siecle, duqvel les labeurs sentent un Esprit general, duqvel les Passions, ne s' employent qve contre le vice, duqvel la diligence ne s' attache a une chose indigne, & de qui la grandeur ne meprise rien, de convenable à l' histoire: Loix, qui m' ont donné goust de luy, & m' ont degousté de plusieurs autres.* Videri possunt quæ de ipso scripserunt *Henricus Pantaleon, Medicus, parte III. Illustrium Germaniæ Virorum. p. 253. seq. Nicol. Reusnerus JC. parte I. Jconum Illustr. Virorum p. 205. seqq. edit. poster. Ann. 1590. Michael Beutherus JC. in Editione germanica*

Incipit. A. C. | Desinit. A. C.

manica Sleidani, Anno 1575. *post præfationem: Joh. Jac. Boissar-*
dus, parte 2. *Iconum Virorum Illustrium, p.* 253. *& seqq.* *Mel-*
chior Adami in Vitis Germanic. Philosophorum & Philologorum,
p. 176. *Martinus Zeilerus de Historicis, Chronologis & Geogr.*
celebrioribus parte 2. *p.* 139. qui & plures alios adducit. Editi
autem variè sunt hi Commentarii, primo latine Idiomate evul-
gati Anno 1556. & cum Commentariis *Michaelis Beutheri*, &
summariis singulorum capitum *Justini Gobleri JCtorum, Argen-*
tor. 1578. *fol. &* 1612. 8. Varias deinde in lingvas transfusi,
Gallicam & Germanicam nostram prodierunt, Continuatio-
nibus etiam insuper aucti: Egregiam enim hic operam navavit
131. [601) MICHAEL CASPAR LUNDORPIUS, quanquam Industriâ & 1610.
eloquentia Sleidano inferior, qui ipsum ad Annum Christi 1610.
produxit: Impr. *Francof.* 1619. *fol. Item tribus volum.* 8.
132. (602 Itemquè *OSIAS SCHADÆUS*, Pastor ad D. Nicolai, & Canoni-
cus Basilicæ S. Thomæ Argentinæ, qui in Germanicum Idioma
hunc Auctorem, diligentem post collationem translatum, edi- 1620.
dit, ejusq; Historiam ad Annum usq; Christi 1620. provexit,
Impr. Argentinæ: 1625. *Tomis duobus fol.*

Continuationis etiam loco haberi poterit egregius ille la-
bor, quem illustrandis hisce temporibus impendit *ADAM*
133. (603) *HENRIC-PETRI*, Doctor Basil. libro, cui titulum dedit: **Ge-
neral Historia / der fürnehmsten Geschichten so sich bey übergе-
bung und Ende Käyser Carls des** V. **und Anfang** Ferdinandi **sei-
nes Bruders Regierung in Geist- und Weltlichen Sachen / in deut-
scher und andern Nationen zugetragen / Mit sambt etlichen Herrn
und Fürsten Bildnüssen / auch allen fürnehmsten Stätten und
Festungen / so von der Zeit an belägert / und erobert seyn worden /
eigentliche Abconterfeyung in** VII. **Bücher abgetheilet / Basel.**
1557. & 1593. fol.

Neque minus hic utiliter adhiberi poterit, quæ de rebus 1561.
1550. temporum illorum ab anno sc. 1550. ad annum usq; 1561. com-
mentatus est, is quem brevi ante laudavimus JOACHIMUS
134. (604] CAMERARIUS, Papæberg. Cujus operam servavit, & cum
literario Orbe communicavit M. FREHERUS, dicto sæpius *To-
mo suo Scriptorum. III.*

Jungi huic poterit *Epitome Rerum in Variis Orbis Partibus*
135. (605) *à Confirmatione Ferdinandi Cæsaris sub ejusdem Imperio hinc inde*
gestarum ex variis aliorum Scriptis ab Anno 1558. *usq; ad finem*
1564. *magnâ diligentiâ & studio à SIMONE SCHARDIO collecta*, 1564
quæ legi potest sub finem. *Tomi ejus III. p.* 113.

136. (606) Quam statim excipere poterit Ejusd. *SCHARDII. Epitome*
Rerum gestarum in variis Orbis partibus, sub Imper. Maximiliano
1565. *II. ab Anno* 1565. *usq;* 1572. *d.* 21. *Jul.* Exhibuit eam sub finem 1572.
Tomi IV. à p. 41. *ad calcem usq; Operum Rerum German.*

Ea sane hujus seculi fuit felicitas, postquam literæ, quæ
superioribus temporibus intermortuæ fere fuerant, pristinum
vigorem suum & nitorem receperunt, ut ad veterum accura-
tionem, qui rebus ab oblivione vindicandis operam dicassent,
nonnulli proximè accesserint, quidam & Romanorum Histori-
corum optimos quosq; æquarint: Quod si Alexander Achillis
fortunam suâ beatiorem jure æstimavit, quod laudum suarum
Præconem Poëtam summum Homerum accepisset, quidni &
hujus temporis Heroes feliciores se antiquioribus prædicent,
cum egregia eorum facinora prudentissimorum ac disertissimo-

rum

Incipit A. C. | Desinit A. C.

rum virorum, dignè illustrentur ingeniis & elogiis. Horum è numero liceat mihi è Galliâ suâ in Germaniam transcribere maximum sine dubio Virum, Illustr. JACOBUM AUGVSTUM THVANVM, supremæ Curiæ Parisiensis quondam Præsidem: tum quod candor ipsius singularis Germaniæ nostræ apprimè conveniat, tum quod non minimam Ejus historiæ partem Res nostræ conficiant. Sed quibus ille exornandus laudibus, Scriptor Eloquentiâ, doctrinâ, libertate, Prudentiâ ac fide nemini inferior? Omnes illum boni Historici partes explevisse verissimè dici poterit, quantum scil. humana sustinere potest fragilitas; quippe in remotioribus aliorum fidem sequi coactus est, & dum verba eorum plerunquè, Veritati sine dubio timens, retinuit, stylus etiam ejus alicubi diversus deprehenditur. Qua conscientiâ, scripserit, & quam multorum in se odium hac suâ integritate in se provocaverit, Ipsius potius verba audiamus, quæ ex Epistola, ad *Robertum Scheilderum*, Canonicum Atrebatensem *Paris. d. 22. Julij, 1614.* scripta, quamq; *Illustr. Dn. Lambecius*, occasione pretiosissimi *Cod. MS. Nicephori Calisti*, ad eundem *Thuanum* Lutetiam impressionis causâ missi, *lib. 1. Comm. de Augg. Bibl. Cæsareâ p. 153.* inseruit, huc ascribamus, quæ fere cum Senecæ verbis *Epistola 74.* congruunt. *Quicunq; travaille pour le public, il faut, s'il veut bien s'acqviter de ce, qv' il a entrepris, qv'il oublie son particulier, & preferer le jugement de la posterité à la haine, & l'envie du present, Je sçai à quoy m'en tenir: mais Dieu & le temps m'en feront la raison. Cependant je sois resolu à la patience, sans me beaucoup empescher ni soucier en tout ce, quel'on dit & escrit contre moy; mais recours à Dieu, & à ma conscience, Je n' ai pus, ni mesme voulu voir le dernier livre injurieus, qui à esté fait contre moy, pour ce subject, ni voulu sçavoir ce, qv'il contient, ne l'ayant jugé digne d' estre veu ni leu de moy, & n'en desirant autre vengeance, que le mespris: aussi qve je n'ai le loisir, de m'occuper en si mauvaise lecture, & qve plus grandes affaires me divertissent assés, sans perdre mes meilleures heures en si miserables escrits, &c.* Nactus tamen est alios, qui patrocinium ejus susciperent, & Integritatem Ipsius Veritatisq; studium ab iniquis obtractatorum criminationibus vindicarent. Vid. *Bœclerus, Annotat. Polit. in Taciti lib. 2. Histor. c. 2. p. m. 650.*

Persecutus vero est Res ab anno superioris seculi 1545. ad
1545. hujus usq; anni 1607. per universam Europam, & tantum non 1607.
per Orbem omnem gestas, adeoq; velut Bibliotheca historica eorum temporum haberi debet: Inter Editiones vero nobilissimi hujus Operis præferendæ sunt omnino *Parisinæ* ab ipso Illustr. Auctore procuratæ, & *Genevensis*, in quâ nonnulla Auctoris jussu ab Editore *Georgio Michaelo Lingelshemio* expuncta; singulisq; libris præmissus Scriptorum Indiculus, quibus in concinnandâ unaquaque historiæ parte Thuanus usus est: Prodiere enim Historiæ hæ & alibi, verum ægrè ferente, Dn. Auctore, uti Verba ejus ipsa testantur, ex Epistola, quam ad V. Cl. *Sebastianum Tengnagelium*, S. C. M. Bibliothecarium, *Paris. d. 4. Maij. Ann.* 1615. dederat & quam laud. *Dn. Lambecius, lib. cit. p.* 159. publicavit, huc ascripta: *Paratam*, inquit *habebam nostrarum Historiarum Editionem, multis partibus, & rebus præcipuè Britannicis & Hibernicis auctiorem, & spem fecerant librarij, ut ad eam se seriò accingerent. Quod cum non fecerint, dabo*

operam, ut exemplar formâ 12mâ, (sc. Anno 1609.) quæ aliis, ut
novissima melior est, & locupletior ad Te mittatur, Nam mar-
ginalibus illis Notis, quæ minus tibi gratæ, ego pariter offendor, &
gravissimè tuli, me superstite, qui multa addere, detrahere, etiam
quædam emendare & meliora facere in iis sperem, & jure meo pos-
sum, præposterâ nundinalium librariorum sedulitate, seu potius at-
tentiore ad quæstum diligentiâ, mihi plenam de re mea statuen dili-
bertatem & arbitrium ademtum esse. Hactenus *Thuanus*: Pro-
diêre tamen historiæ illæ, postea etiam *Francofurti* 16 8. *Tomis*
II. fol. item Anno 1625. 4. vol. & ante; Anno 1614. *Tomis V.*
formâ 8vâ.

Imo etiam in Germanicam nostram lingvam vastum hoc
opus transfusum, prodiit Ibidem *Anno* 1621. *fol.*

137.(607) Enucleatum vero dedit Nobil. GERHARDVS â Stöc-
ken / & in quinq; partes distribuit, quarum prima continet
Viros dignitate & Natalium splendore & rebus gestis illustres, 2.
Viros Eruditione & artibus claros, 3. *Viros illaudatos,* 4. *Vari-*
arum Regionum, Urbium, Insularum & Gentium descriptiones.
5. *Prodigia & alia notatu digna, Helmst.* 1656. 4.

Neque minus, qui præcipuas superioris seculi res gestas
compendiosè magis cognoscere velit, doctissimi & disertissimi
138.(608) Scriptoris desiderabit operam. Is est JACOBVS MASENI-
US, è Soc. J. multis in lucem publicam editis scriptis literario
Orbi notissimus, quam etiam sui famam novissimè auxit libro
illo, cui Titulum fecit: *Anima Historiæ hujus temporis, in jun-*
cto Caroli V. & Ferdinandi I. Fratrum Imperio repræsentata:
Qua complectitur, Regnorum, Rerumpp. & Religionum diversa-
rum Ortus, Progressus, ac miras, tam politicæ quam Ecclesiasticæ
Disciplinæ mutationes, earumq; per Comitia Imperii, Synodosq;
Cleri, Regum fædera, & leges novas, fundamenta. Prod. *Colon.*
1672. 4.

Cum vero vix fieri possit, quin in tantâ Scriptorum varie-
tate; variè res gestæ exponantur, vixq; per tot sententiarum di-
vortia, Regia, qua maximè incedi debeat, Via, cuivis pateat;
ideo tutissimè Acta publica, & ex Archivis depromta Instrumen-
ta authentica adhibebuntur, Collegit ejusmodi ad illustrandam
Historiæ veritatem quem paulo superius laudavimus FRIDERI-
139.(609) CUS HORTLEDERVS, Sereniss. Ducum Saxon. quondam
Consiliarius, amplissimo Opere, cujus Tomus prior complecti-
tur, Der Röm. Käyserl. und Königl. Mayt. auch des Heil.
Röm. Reichs Geist- und Weltlicher Stände Churfürsten und
Fürsten Handlungen und Außschreiben von den Ursachen des
deutschen Krieges Carls des V. und des Schmalkaldischen Bun-
des Obristen/Chur- und Fürsten/Sachsen und Hessen / und Ihr
1546. Chur. und Fürstl. Gnd. Mitverwandte von Anno 1546. und 47. 1547.
von neuen übersehen / und mit neuen darzu behörigen Materien/
vermehrt/und zum andernmahl an Tag gegeben. Gedruckt zu Go-
1547. tha / Anno 1645. Posterior vero quæ ab anno 1547. usque ad
annum 1558. sunt publicata, continet, Impressus, loco & tempo- 1558.
re citato: qui prius *Francof. ad Mœn. Anno* 1617. prodierant:
Cui etiam Auctori jungi possunt haud inutiliter JCti acutissimi
140.(610) JOHANNIS STRAUCHII, *Dissertationes Juris publici Exoteri-*
cæ XIII. De Controversiis quibusdam illustribus superiori seculo,
Scriptis publicè agitatis, recusæ iterum *Jenæ* 1665. 4.

BEL-

Incipit A. M. | Definit. A. C.

BELLUM aliud, quod occasione Archiepiscopi Coloniensis per eam Diœcesin anno 1582. cœptum, & per annos aliquot agitatum, ne ex hoc seculo pedem extulerimus, nos remoratum est, Initium ejus videri potest præ aliis apud *Jac. Aug. Thuanum, Histor. lib. 76. p. m. 780. 8.* cujus progressus finemquè Gebhardo Coloniensi Archipræsuli infaustum, sequentibus in libris B. L. inveniet: Peculiarem hujus descriptionem dedit

141. (611) *MICHAEL AB ISSELT*, libris IV. de *bello Coloniensi* scriptis, quibus præfixa est, *Historia defectionis & Schismatis Hermanni Comitis de Weda*: Item, *Rerum per totam diœcesin & in ipsâ civitate Coloniensi gestarum ab Anno* 1584. *ad hac tempora Colon.*

1584. 1620. 8.

Ingredimur nunc seculum nostrum quod adhuc agitur, decimũ septimũ, ferax quidẽ plurimorũ scriptorum, qui ab oblivione res gestas vindicare, quisq; pro ingenio suo laborarunt, sed oppido paucorum, qui Historici in se partes susciperent; an quod arduum sit inter tot partium studia, & rumoris incerta Veritatis semper tramite incedere, vel quod *periculosa plenum opus aleæ*, ut cum *Horatio*, simili in argumento loquar, videatur, vix dum compositas lites & ægre coeuntia vulnera tractare, dum ultro, qui vel dicto læsus fuerit, immineat ultor, præsertim cum non desint exempla eorum qui in consultæ prudentiæ pœnas, vel ipsi, vel in posteris dederunt: Plures ergo vel *Diariorum*, vel *Relationum* vel *Mercuriorũ* simplici, titulo contenti, nostrorum temporum *Acta*, ipsis fere partium verbis atquè coloribus exponunt, ut sæpius, quibus fidem tutó adhibeas hæsites.

142. (612) Nisi forte excipiamus *PAULUM PIASECIUM*, Episcopum Premisliensem, qui non ineruditè Historiam tractavit in Chronico, quod ante annos non adeo multos in Bataviâ est recusum: Itemq; haud minus celebrem, Gallum quidem, sed cujus lectio ad cognoscendas etiam Res Germanicas non parum

143. (613) proderit: Is est *GABRIEL BARTHOLOMÆUS GRAMONDUS*, Parlamenti Tholosani Princeps, qui magnâ quidem diligentiâ & prudentiâ, an & fide cum *Thuano* eâdem, alii dispiciant, Res

1610. gestas ab excessu Henrici IV. *Anno* 1610. ad annum usq; 1629. 1629.

libris 18. exposuit: reliqua enim â Ludovici XIII. auspiciis ad mortem usq; ejus, quæ acta fuerint, studio *Auctorem* suppressisse, Prudentiorum est conjectura. Inter alias historiæ hujus Editiones videre mihi contigit *Amstelrodamensem* 1653. & quæ nuperrimè *Francofurti & Lipsiæ* est procurata. *Anno Jc.* 1674. 8.

In funestissimam rursus scenam retrahimur, Belli scil. per Germaniam gesti, quo, an ob atrocitatem, aut diuturnitatem tristius aliquod aut magis exitiale ullius temporis historiæ noverint, merito ambigas. Hujus enim flamma in Bohemiâ gliscens, majoresquè subinde per Palatinatum vires sumens, omnem tandèm Germaniam incendio sævissimo & rapacissimo involuit, imò & finitimos Reges, Principesquè, & gentes, quæ vix nomine Germanis notæ antea fuerant, implicuit. Inde per Regiones brevi ante florentissimas spectaculum undiquè horridum: hic in patentibus campis equi atq; viri, vulneribus afflicti aut cœsi, constrata telis, armis, cadaveribus omnia, humusq; sanguine infecta: Arces passim & oppida expugnata, direpta, deleta, ferro, flammaq; fœdissimè corrupta omnia. Testes hujus calamitatis quamplurimos produxit Temporum Magistra Historia, quorum nonnullos, qui vel integrum hoc

 bellum

Incipit. | Definit
A. C. | A. C.

bellum vel aliquam ejus partem separatim, in omnium tempo-
rum, si quâ futura sint, memoriam literis consignarunt, pro-
ducemus.

Offert se hic, notus satis & omnium fere manibus tritus
FLORUS GERMANICUS, seu EVERARDI WASSENBERGII,
144.(614) *Embr. Comment. de Bello inter Invictissimos Imperatores, Ferdi-
nandos II. & III. et eorum hostes gesto, liber singularis, ab Anno*
1617. *scil. 1617. usq; 1640. edit Francof. 1640.* 16. Placuit hujus Au- 1640.
ctoris vel concisa narrandi ratio, vel ingenii elegantia, ut va-
riis in linguis expressus, à variis in partes etiam traheretur; In-
ter cæteras enim Editiones non est spernenda illa, quæ aliquot
annis post, *Amstelod.* germanicè prodiit sub Tit. Der verneuer-
te teutsche *Florus Eberhardi* Wassenbergers / mit *Animadver-
sionen, Additionen, Correctionen* biß auf das Jahr 1647. *continui-*
ret/mit Kupfferstichen. Anno 1647. 12., 1647.

Comites huic addamus duos, qui integrum bellum hoc de-
145. (615) scripserunt, DAMIANUM JACOBUM, cujus *Bellum Germani-*
146. (616) *cum* prodiit *Duaci* 1648. 4. & JOHANNEM PETRUM LO-
TICHIUM, cujus *Belli Germanici compendium* excusum est
Francof. 1653. 12.

Aliam ingressi sunt viam, qui bellum hoc, non ab ejus
primâ origine, sed ex eo tempore, quo magna ipsius pars Sve-
cus accessit, describendum susceperunt: Ex quibus nominan-
147.[617) dus PETRVS BAPTISTA BURGUS, *de Bello Svecico, seu Mar-*
148.(618) *te Svecio-Germanico, Colon.* 1644. 12. Itemq; Auctor *Sallustij
Germanici*: seu *Belli Sveco-Gallo-Germanici, Ibid. Anno* 1654. 12.
exc. Parte vero ex alterâ, latino idiomate id exposuerunt, P.
149.(619) LANSBERGIUS, *Bello Germanico Gustavi Magni: impr. Rote-*
150.(620) *rod.* 1652. 12. BALTHASAR HENCKELIVS, *de Bello Gusta-*
151. (621) *vi Adolphi, Stetini.* 4. Germanicè vero PHILIPPUS ARLA-
NIBÆUS libro, quem inscripsit, Arma Svecica, das ist/Eigent-
liche und warhaffte Beschreibung/des Krieges / welchen Gusta-
phus Adolphus wider die Röm. Käyserl. Mayjest. geführt/ con-
tinuirt biß auf Anno 1634. 4. Amplius Opus vero BOGISLAI
152. (622) PHILIPPI, von CHEMNITZ/ Regis Sveciæ Historiographi,
Tomis duobus constans prodiit, quorum prior, hanc præfe-
rens Inscriptionem: Königl. Schwedischer in Deutschland ge-
führter Krieg/ worinnen nechst umbständlicher Außführung der
Ursachen dieses Kriegs/dessen völliger Verlauff/ von Anfang biß
auf des glorwürdigsten Königs Gustaphi Adolphi tödtlichen Ab-
gang zu Ende des 1632. Jahrs beschrieben wird/ aus glaubwürdi-
gen und mehrentheils Original Acten/Documenten und Relatio-
nen zusammen getragen/und in vier Bücher abgefasst / excusus
est *Stetini* 1648. fol. Alter vero: Worinnen dessen Verlauff
1632. von des glorwürdigsten Königs Gustaphi Adolphi des II. tödtli-
chen Hintrit/und Außgang des 1632. Jahrs / biß auf jetzigen Kö- 1632.
niglich. Majest. Reichs Cantzlers gevollmächtigten Legatens / in
Deutschland/und bey dero Armeen auch Directoren des Evange-
lischen Bundes Abreisen nacher Schweden / beschrieben wird biß
auff das Jahr 1632. prodiit *Holmiæ Anno* 1653. fol.

Ligata vero Oratione illud expressit *JOHANNES NARS-*
153. (623) *SIUS*; Dordraco-Batavus, Med. D. *Gustavidas, seu de Bello Sve-
co-Austriaco, libris tribus, excusis Hamburgi,* 1632. 4.

Adeo latè verò armorum per Germaniam furentium stre-
pitus personuit, ut in Italiâ etiam & in ejus confiniis excitata
fuerint

Incipit. A. C. | Desinit. A. C.

fuerint præclara ingenia, qui illorum Historiam describendi la-
154.(624) borem ultro subjerint, Ex quibus JOSEPHUS RICCIUS Brixi-
anus, Cler. Regularis Congregationis Somaschæ, libris decem,
de Bellis Germanicis ab Anno 1618. *usq;* 1648. *Venetiis* 1648. 4.
Itemque.

155. (625) Comitis MAIOLINI BISSACCIONI, *Historiæ de bello à*
Gustavo Adolpho, Rege Sveciæ in Germaniâ moto, libri quinq; ab
1630. *anno* 1630. *usq; ann.* 1634. lingvâ Italicâ scripti & editi *Venetiis* 1634.
Anno 1642. Nec non & GALEATIUS GVALDVS, seu *Conte*
156. (626) *Galeazzo Gualdo Priorato*, qui, teste *Zeilero Parte secundâ com-*
posuit, lingvâ itidem Italicâ *Historiam bellorum Ferdinandi II. &*
Ferdinandi III. Imperatorum, & Regis Philippi IV. Hispaniæ, con-
tra Gustavum Adolphum Regem Sveciæ, & Ludov. XIII. Regem
1630. *Galliæ ab Ann.* 1630. *usq; ad annum* 40. *libb.* 26. 1640.

157. (627) Tandem etiam nobis nominandus erit CAROLVS CARAF-
FA, Episcopus Aversanus, libro *de Germaniâ sacra restauratâ* sa-
tis notus: qui insuper etiam, Auctore eodem *Zeilero*, de *bello*
diuturno Germanico nostro Historiam exhibuit usq; ad annum 1641.
additis multis Decretis & privilegiis è Cancellariâ Cæsareâ ema-
nantibus, sub Ferdinando II. & III. Imper. 1641.

Altius vero qui rem repetere cupiat, & continuam ab or-
be condita ad hæc usq; tempora nostra, evolvere desiderat
Historiam, *Ludovici Gothofredi* Chronicis seu Descriptioni Re-
rum à Mundi primordio ad Annum usq; 1619. gestarum, supe-
rius N. 40. (510) allegatis subjungere poterit, Opus illud pro-
158.(628) lixum maxime & sumtuosum, THEATRI EUROPÆI, nomi-
ne publicatum, cujus pars seu Tomus I. continens Res gestas
ab Anno 1617. usq; 1629. hunc Titulum præse fert: Warhaff-
tige Beschreibung aller denckwürdigen Geschichte / so hin und wi-
der / fürnehmlich in Europâ, hernach auch in andern Orten der
Welt so wohl in Religions als Policey Wesen von Jahr Christi
1617. 1617. biß 1629. sich zugetragen / beschrieben durch M. JOHAN-
NEM PHILIPPUM ABELINUM mit Kupfferstichen gezieret /
und verlegt durch Matthæum Merianum, Francf, 1643. fol.

Reliqui Tomi, qui variis etiam annis prodiêre, subsequen-
tium temporum Historiam complectuntur, veluti

1629. Tomus II. comprehendit Res gestas ab Anno 1629. 1633.
usque 1633.

1633. T. III. continet quæ evenere ab Anno 1633.—1638. 1638.
1638. T. IV. porrigitur ab Anno 1638. — 1643. 1643.
1643. T. V. continuatur ab anno 1643 — 1647. 1647.
1647. T. VI. exponit ea quæ contigêre ab anno 1647—1651. 1651.
1651. T. VII. enarrat ea quæ evenére ab anno 1651—1658. 1658.
1658. T. VIII. initium capit ab anno 1658. finiturq; anno 1661. 1661.
1660. T. IX. protenditur ab Anno 1660 — 1666. 1666.

Aliud adhuc, quod ad moderna etiam ad usque tempora
continuatur, Opus succedit, propioribus quidem nobis annis
cœptum, sed quod in majorem fere molem excrescit, non qui-
dem ob narrationis historicæ prolixitatem, sed ob varia quæ mo-
dici temporis relationi, satisq; brevi, adjiciuntur, Acta publi-
ca & documenta, imò etiam privatorum conjecturas, variosq;
discursus, qui separatim aliàs in vulgus sparguntur, & carius
159.(629) haud raro distrahuntur, DIARII id EUROPÆI, nomine in-
notuit

Incipit. A. M. | Desinit. A. C.

notuit, Oder Beschreibung der denckwürdigsten Sachen/ in
Kriegs- und Friedens-Geschäfften. Cujus

1657. Prima Pars incipit ab Anno 1657. usq; ad annum 1659. 1659.
1658.
II. ab anno 1659 — usq; ad Augustum Anni ejusdem.
III. à Junio 1659. ad ann. 1660.
IV. à Septembri 1659. ad Augustum. 1660.
V. à Majo 1660. usq; ad finem Octobris ejusd. anni.
VI. ab Octobri 1660. ad Martium 1661.
VII. à Martio 1661. usq; ad ann. 1662.
VIII. ab anno 1662. usq; ad ejusdem Julium.
IX. à Junio 1662. usq; ad ann. 1663. &c. &c. &c.

Quæ ulterius in publicum prodière Partes hujus Diarii aut Continuationes, privato facile studio Benev. Lector, ejusmodi studiorum curiosus, ex Francofurtensium & Lipsiensium Nundinarum Catalogis supplere poterit: ad finem enim hujus Directorii properamus.

Quod si vero alicui Historiam nostram minori librorum
mole digestam, latinoq; Idiomate consignatam evolvere pla-
160. (630) cuerit, faciet huc Historia Universalis Rerum memorabilium,
ubiquè terrarum gestarum per ADOLPHUM BRACHELIUM,
1618. Col. duabus partibus ab Anno 1618. usquè ad ann. 1651. consi- 1651.
161. (631) gnata. Inde vero ad 1661. per CHRISTIANUM ADOL- 1661.
PHUM THULDENUM, tertiâ, quartâ, quintâ, sextâ, parti-
1661. bus continuata: quibus accessit Pars septima, *Rerum notabilio-*
rum, quæ scil. ex anno 1661. in annum usq; 1672. in terris utriusq;
Imperatoris, Electorum, Principum, ac Statuum utriusq; Germa-
162. (632) *niæ accidere, per* HENRICUM BREWER, *Jul.* S. Th. Lic. cum
adjectâ *Appendice* describente *præsentem Regis Christianissimi*
adversus unitum Belgium expeditionem: Cui seorsim adjiciuntur
ad majorem Elucidationem Memoralia, Transactiones, Pacta, Fæ-
dera, Pacificationes, aliaq; publica Scripta: Colon. 1672. 8.

De hac expeditione Galliarum Regis in Belgicas Pro-
vincias, quæ Germaniam vicinosquè Principes in belli necessita-
tem traxit, unicum adjiciamus Auctorem, ex pluribus, qui has
temporum nostrorum acerbissimas calamitates describunt, scil.
163. (633) L. van Bosch/ Schauplatz des Kriegs auffgerichtet in den ver-
einigten Niderlanden/ durch die Waffen der Könige in Franckreich
und Engelland/ Cöllnischen und Münsterischen Bischöffen/ gegen
die Staten der vereinigten Niderlanden/ und Dero Alliirten/ ne-
benst den merckwürdigsten Sachen/ so durch die gantze Welt/ und
sonderlich in Europâ fürgefallen/ seit Anno 1669. biß ann. 1675.
1669. in vier Theilen / mit schönen Kupfferstichen. Amsterdam 1675. 1675.
4. Maj.

Cum vero omnes novi quid sciendi mirâ flagremus cupiditate, certaq; juxta ac incerta avidissimè arripientes, quisq; pro voto interpretamur, itaq; NOVELLAS undiq; conquirimus, ut rerum gestarum, imò & gerendarum (tanta enim scribentium vel credentium vanitas est) cognitione sitientem animum expleamus. Hinc anxiâ curiositate legimus aut rimamur, quid Novellæ apportent *Nostrates, Jenenses, Lipsienses, Norinbergenses, Hamburgenses,* imo & *Parisinæ, Hafnienses, Amstelodamenses, Bruxellenses,* aut aliæ, nescio unde accersitæ: Ut autem varia sint illorum, qui eas legant vel mirantur, ingenia, ita fieri

haud

Incipit. A. C. | Desinit. A. C.

haud potest, quin majorem ex illis fructum alius, alius minorem accipiat, quò igitur cum Voluptate, quam novitas suâ sponte conciliat, Utilitas etiam jungatur, ideo insigni cum commodo adhiberi poterit Nobilissimi & Consultissimi Dn. AHASVERI FRITSCHII. Discursus, *De Novellarum, quas vocant* Neue Zeitungen *hodierno usu & abusu*. Imp. *Jenæ 1676.* 4. Itemquè elegantissimè docti CHRISTIANI WEISII. In illustri ad Salam Augustæo, Polit. Prof. *Schediasma curiosum, de Lectione Novellarum, quantum scil. illæ usum habeant in Geographicis, Historicis & Politicis, imò quovis curiosorum genere.* Cui etiam addidit *Specimen, quasi Nucleum Novel-*
1660. *larum, scil. ab Anno 1660. ad ann. usq; 1676. Weissenfelsæ anno* 1676.
eod. exc. Quantum emolumenti enim ejusmodi temporum conspectus Politico conferat, non solum *Thuani* nos docet liber I. Historiarum, cui reliquos ceu fundamento superstruxit, verum etiam clarissimè docent πολυμαθεστάτου quondam JOHANNIS ANDREÆ BOSII, in Inclyta ad Salam Academiâ Histor. Prof. P. Fautoris & Præceptoris mei, jam heu, desideratissimi, *Dissertationes de Statu Europæo qualis Anno 1661. & sequenti fuit*, subjunctæ Ejusdem *Introductioni generali in Notitiam Rerumpp. Orbis universi. Jenæ* 1676. 4. Hinc enim & suo Marte ad historiam futurorum temporum, modo DEus supremus Rerum humanarum Arbiter hisce nostris feliciora concesserit, concinnandam, fundamenta prudens jacere commodissimè poterit.

FINIS
Partis Secundæ.

I. N. D.
Pars Tertia.

NOTITIÆ SCRIPTORUM RERUM GERMANICARUM,

Qui Vitas Resquè gestas

AUGUSTISSIMORUM IMPERATORUM ROMANO-GERMANICORUM

literis consignarunt.



ACcedimus jam ad penetralia Dignitatis & Gloriæ Germanicæ, summi, quem Orbis terrarum possedit unquam, Honoris splendore lucidissimo coruscantia; ad Majestatem inquam Imperatoriam, quam Germani postquam armorum suorum terrorem per universum fere orbem sparserunt, Victoriarum præmium, Vellus plusq; aureum retulerunt; suæquè nationi propriam vindicarunt tenentquè, vid. ERYCII BERENGARII JCti Responsum Juris

ad Quæstionem, An Imperatoris Electio ex gente saltem Germanica fieri debeat, vel alii etiam exteri ad hoc fastigium dignitatis evehi queant. *Bremæ* 1653. 4. *Tanti enim nominis sancta Majestas nulla Principum sociorum æmulatione corrumpitur, Regesq́, quanquam viribus sæpe majores, sponte Imperatorio culmini concedunt*, ingenuè ultroquè fatente, BARCLAIO, loco quem sub numero 223. laudavimus, *Parte primâ*, Imò non privatorum hæc est Confessio, sed Serenissimorum etiam Regum, qui fastigio adeo eminenti lubentes cedunt, uti de Rege *Alphonso* Arragoniæ, & Neapoleos, *Sigismundo* I. Rege Poloniæ, *Henrico* Rege Angliæ, prolixè id confirmat CHRISTIANUS GASTELIUS, *de Statu publico Europæ* c. V. De *Impp.* n. 16. & seqq. ut quamplurimorum JCtorum nomina, quæ laudat ibidem, ne actum agam, prætercam. Tanta sanè Majestatis hujus est Dignitas, ut etiam Turcarum Tyrannus, ab omni elegantia & cultu ejusmodi alienus, Romanum Imperatorem nostrum, in fide Jesu Christi inter cæteros Summum appellet, uti pluribus auctoritatibus exemplisquè demonstrat locô jam cit. GASTELIUS. n. 13. Ut mirum sit, ex Christianis quosdam inveniri, qui tanto splendori, vel seducti imperitiâ, vel livore correpti, detrahere non erubescant: In quos contra calamum alii acriter strinxêre, non quidem ut tanto fulgori luculam quandam, utpote quâ minimè indiget, fœnerari velint, sed ut obtrectatorum detegerent & retunderent impudentiam. Ex his merito nominandus, qui peculiaribus opusculis id præstiterit HENRICVS BEBELIUS. *Apologia, pro*
2. (638) *Defensione Imperatorum contra Leonardum Justinianum & alios, qui nomen Imperatoris extenuant:* quæ legitur apud SCHARDIUM. *Tomo I. Scriptorum.* p. 108.
3. (639) Itemquè Tractatu, altero, quo demonstrat, *Imperatorem Christianum, jure Christianissimum esse dicendum*, qui apud eundem extat *libro laud. p.* 116. Eam ob rationem alii studio ab ejusmodi iniquorum Censorum diversissimo maximam industriam, ut tantæ Majestati inservirent, collocarunt, Cæsaresquè Augustissimos, vel à Julio Cæsare, vel à Carolo Magno recensentes, Æterno Illorum nomine famam sibi etiam apud posteros pararunt: Alii aliam viam ingredientes certos quosdam ex hac vel illa familiâ Illustrissimos Natales trahentes, quantum in ipsis esset, exornarunt. Nec desunt quamplurimi, qui singulorum Vitas Gestaquè maximè describendas sibi sumsêre, ut, si ætate propiores, submissimam maximè testentur obedientiam, sin juniores, nihilominus splendori tot annorum aut seculorum spatio remoto Reverentiam præstent, & quantâ devotione superstites colant, Prædecessorum gloriosissimam memoriam venerantes demonstrent: Ex unaquaque horum classe, quotquot ad meam pervênere notitiam, tam peregrinos quam germanos, veteres & recentiores, Germanorum, utpote penes quos summum, & à Deo Ter Optimo Maximo his in terris proximum fastigium constitit, & adhuc consistit, atquè utinam diutissimè consistat, augendæ gloriæ, exponam. Inter illos ergo, qui Augustissimorum Imperatorum Syllabum, ad Germanos usque Imperatores, (qui enim ante hos narrationis filum vel abrupêre, vel tempore antecessêre, prolixitatis evitandæ ergo, locum hic non inveniunt,) continuarunt, primus erit BENVENUTUS de
4. (640) RAMBALDIS, Imolensis, Orator, Poëta & Historiographus Cæsareus, *libro Augustali, quo vitas Cæsarum à C. Julio usq́ ad Wenceslaum Imperatorem summatiè complectitur*, qui invenitur *Tomo altero operum Francisci Petrarchæ*, excuso 1610. 12. p: m. 93. & apud *Marquardum Freherum*, cum supplemento ÆNEÆ SYLVII usquè
5. (641) ad Frider. III. Imperatorem; Tomo II. p. 1.

Prolixior hoc est DIONYSIUS GOTHOFREDUS, maximi nominis JCtus,
6. (642) qui *Historiæ suæ antiquæ* partem alteram Imperatoribus Romanis dedicavit, & libro quarto (totius scil. Operis) eos, *qui à C. Julio Cæsare, ad divisum Imperium sub Constantino, Irene, & Carolo Magno: libro quinto, à Constantino Irenes filio ad Constantinum ultimum, & captam à Turcis Constantinopolin, libro sexto, qui à Carolo Magno ad Rudolphum usq́ II. summas rerum tenuêre*, exposuit. Prodiit *Lugd.* 1590. 12.

Nomen

Nomen hic etiam invenit JOH. BAPTISTA EGNATIUS, Sacerdos Venetus,
& in Patria bonarum literarum Professor, qui inter alia ingenii monumenta *Cæsa-* 7. (643)
rum etiam Historiam consignavit à C. Julio Cæsare ad Maximilianum I. usquè, teste
Joh. Gerberdo Vossio, de Histor. lat. l. 3. p. m. 607. & *Zeilero p. 2. pag. 50.*

E Germanicâ gente nostrâ agmen hîc ducat D. MAXIMILIANO charissimus JO-
HANNES CUSPINIANUS, seu Spieshammer, Svinfurtensis, Poëta, Medicus & 8. (644)
Orator Maximiliani Augusti, uti eum laudat Vossius l. 3. p. m. 585. cujus consilio &
opere Imperator Maximilianus I, qui eum Consiliarii & Historiographi sui titulo,
& insuper Præfecturâ Senatus Vindobonensis ornavit, in difficillimis negotiis usus
est, adeò ut sæpe in multam noctem de gravissimis Imperii rebus cum ipso collocu-
tus sit; Tanta enim, teste Ill. LAMBECIO, *Comm. de Bibl. Cæsar. l. 1. n. 36.* in eo
præter eam eximiam facundiam fuit prudentia & fides, & silentii tenacitas, ut vi-
gilantissimus Imperator, fidissimo ipsius pectori reconditissima quæquè tutò com-
mittere potuerit. Is inter cætera præclara Industriæ suæ argumenta reliquit
Theatrum Cæsarum, Historico-politicum, omnium Imperatorum secula, Numerum,
Ordinem, Nomina, Parentes, Patriam, Nativitatis tempora, cœpti adimpletiq; Imperij
ætates, Symbola, genus mortis, obitus, sepulturæq; locum repræsentans, Sæpius hoc e-
ditum est, & novissimè *Halæ & Lipsiæ.* 1669. fol.

Succedat huic Poëta etiam ingeniosissimus NICOLAUS REUSNERUS *Leo-*
rinus, JCtus, Comes Palatinus Cæsareus, lucubrationibus suis quamplurimis in o-
mni scientiarum genere clarissimus, Saxonicis Principibus à Consiliis & Academiæ
tandem Jenensis Professor emeritus. Locum hic invenit *Classibus suis, quarum*
primâ Imperatores à Cajo Julio Cæsare ad Constantinum M. secundâ à Constantino 9. (645)
M. ad Carolum M. tertiâ à Carolo M. usq; ad Rudolphum II. divæ memoriæ complexus
est: Prodiere Francofurti 1600. 8.

Ad eundem fere terminum OCTAVIUS STRADA à ROSBERG, Civis Ro-
manus, S. C. Mtis. Rudolphi, sanctissimæ memoriæ Nobilis Aulicus & Antiquarius
ordinarius, provexit Opus suum longè præclarissimum, quod inscriptum, *De Vi-*
tis Imperatorum & Cæsarum Romanorum tam Occidentalium quam Orientalium, nec 10. (646)
non Uxorum & Liberorum eorundem, Item Tyrannorum omnium, qui diversis tempo-
ribus Romanum Imperium attentare & occupare conati sunt, inde à C. Julio Cæsare
primo Monarchâ, usq; ad D. N. Imperatorem, Cæsarem Matthiam, una cum eorum Ef-
figiebus & Symbolis; illis quidem ex probatissimis tam latinis quam græcis Auctoribus
depromtis, his vero ex antiquissimis numismatibus, aureis argenteis & æneis bona fide
delineatis, & ad vivum quoad ejus fieri potuit expressis: In lucem edidit post Aucto-
ris fata ejusdem nominis Filius, *Octavius de Strada à Rosberg.* Impr. *Francof. ad*
Mænum 1615. fol.

E recentioribus hac in parte Industriam probant laudatissimam doctissimam-
què JOHANNES JUSTUS WINCKELMANNUS, Consiliarius & Historiogra-
phus, Hassiaco-Oldenburgicus, *Cæsareologiâ seu quartæ Monarchiæ Descriptione,*
à C. Julio Cæsare ad Augustissimum Imperatorem LEOPOLDUM auctâ & correctâ: 11. (647)
Lips. 1666. & 1670. 8.

Itemquè Vir longè Excellentissimus JOHANNES CHRISTOPHORUS WA-
GENSEIL, Prof. P. Altorphinus celeberrimus, *Disputationibus circularibus, Juris* 12. (648)
Publici, exhib. Catalogum Imper. qui post Francicos ad Interregnum usq; præfuerunt;
quarum septima prodiit, Altorphi 1676. 4.

Germanico hoc Idiomate præstitêre, quamvis felicitate dissimili ADOLARI-
US ROHTE / in Chron. aller Römisch. Käyser von Julio Cæsare biß auf den jetzi- 13. (649)
gen Käyser Rudolphum II. in Verse gebracht. Erffurdt 1587. 8.

Prolixius hoc argumentum tractavit MICHAEL SACHSE / opere quod
inscripsit. Neue continuirte und vollständige Käyser Chronicka/darinnen ordentlich 14. (650)
begriffen alle Römisch. Käyser von Cajo Julio Cæsare biß auf den jetztregierenden
Käyser Ferdinandum den Dritten. divisum hoc est in partes IV. quarum prima
complectitur Imperatores, à Julio Cæsare ad Valentinianum usq; III. secunda à
Martiano usq; ad Michaelem Rangabim: Tertia, à Carolo M. usquè ad Fridericum

I. Quarta ab Henrico VI. ad Fridericum III. Quinta denique à Maximiliano I. ad Ferdinandum usque III. Prodiit *Brunsvigæ*, Anno 1643. fol.

15. (651) Accedat hisce M. A. PISTORII J. U. D. Röm. Adler / oder Theatrum Electionis & Coronationis Romano-Cæsareæ, mit denen darbey interessirenden hohen Standes-Personen/in zwey Theilen representiret / im ersten von der Wahl und Krönung eines Röm. Käysers oder Königs; daden zusehen/was so wohl Anno 1653. in den letzten Reichs Wahl- und Krönungs-Tag zu Regenspurg/ꝛc. als in vorigen Ottonis M. und Caroli V. sambt denen/so auff ihre ertheilte Churstimmen vorgangen/benebens jeden Standes Session, und Reichs-Matricul auch der Capitulation, wie solche jetzo im Brauch. Im andern Stemmata, Origines, Symbola, Ætates, Interregna, Patriæ, Coronationes, Res gestæ, Obitus & Sepulturæ aller Käyser von C. Julio Cæsare an: So dann aller Weltlichen Churfürsten/von ersten biß zu jetziger Zeit compendiose, aus Hartmanno Mauro und andern bewehrten Auctoribus. It. der güldenen Bulle zusammen gezogen. Franckfurt am Mäyn. 1657. 4.

16. (652) Item Simonis Vormeisters Schauplatz der Röm. Käyser / mit aller deren Contrefait, in Kupffer/Nürnb. 1672. 4.

17. (653) Coronidis loco classi huic de Augg. Imperatoribus Romanis adjiciamus, librum peregrini idiomatis, sub tit. *Abbregè des Empereurs tant de Rome que d' Allemagne. a Roven*, 1610. 8.

18. (654) Ad secundam jam classem accedimus eorum, qui Germanorum tantummodò Imperatorum vitas scripserunt, quos inter offert se primus, GEORGIUS SABINUS, Poëta felicissimus, non modo Viris doctissimis & Eminentissimis S. R. E. Cardinalibus *P. Bembo*, & *Caspari Contareno* nec non S. R. I. Electoribus nonnullis, imò ipsi Imperatori Augustissimo *Carolo V.* à quo etiam Nobilitatis privilegia
19. (655.) confirmata tulit, carissimus, uti Epistolarum liber Poëmatis ejus subjectus testatur; Celebre hic nomen sibi reddidit inter alia libris duobus quos *de Cæsaribus Germanicis composuit à Carolo M. sc. ad Ferdinandum usq; primum*, de quibus sic cecinit *Eobanus Hessus*.

Unius immenso monumenta volumine dixit
Mæonides Ithaci claraq; facta Ducis.
Multorum exiguo monumenta volumine dixit
Hoc duplici claudens fine SABINUS opus.
Accipe nunc generosa tuas Germania laudes,
Ni sis ut solita es nescia forte tui.
Quanta sit ingenij quæ gratia carminis hujus,
Tam te scire velim quam rogo ut ista legas.
Si qua fides tamen est senioris habenda Poëtæ,
De juvene oracli carmen adinstar habe.
Me nisi fama Chori vatum vulgata fefellit,
Gloria Pieridum prima SABINUS erit.

Variè autem Poëtæ hujus Cæsares excusi leguntur. Inter Poëmata ejus Lipsiæ 1589. 8. excusa: à p. 210. Item cum NICOL REUSNERI, Imperatoribus. impr. ibid. 1572. 8. Nec non apud MARQVARDUM FREHERUM, qui hunc etiam Auctorem inter *Rerum Germanicarum Scriptores* comparere jussit Tomo III. ab initio.

20. (656) Operam & hic suam contulit BALTHASAR MENCIVS *Enchridio Cæsarum Romano-Germanicorum à Carolo M. ad Rudolphum usq; Imperatorem ejus nominis II.* Accessit *Aurea Bulla & Epistola decretalis de jure Electorum, Wittebergæ*, 1605. 8.

21. (657) Itemq; AUGUSTINUS BRUNNIVS Annæmontanus, qui teste *Zeilero*, parte 2. Histor. p. 179. publici juris fecit libellum Synopticum, quo exhibuit Imperatores, Reges, Episcopos Imperii, additis quorundam Annis natalibus, nuptialibus & emortualibus, &c. ab Anno 1500. usq; 1600 excus. 1607.

22. (658] Nec minus & MELCHIOR NEOPHANIUS Historiâ Imperatorum German. impr. 1588. 4.

Germa-

Germanicè hoc præstitit proximioribus nobis annis JOHANNES TOBIAS WENER/ libro, cui titulum dedit Deutscher Adler/das ist / Sämbtlicher deutscher Käyser Leben/in allerhand jetziger Zeit üblichen deutschen Versen beschrieben/mit beygefügten Historischen Politischen Geneal-und Chronologischen Anmerckungen/ darneben nechstallerhöchsternendter Käyser selbsteigenen Verrichtungen und Begebnissen/auch was sich sonsten so wohl in-als ausserhalb deutschen Reichs nach und nach zugetragen guten Theils außführlich erzehlet wirdt. Franckf. am Mayn. 1666, 8. 23. (659)

Si tertiam classem perlustramus, inveniemus qui Augustissimos Imperatores, quos Serenissima Archi-Ducalis Domus *Austriaca* Imperio dedit, scriptis excoluerunt, ê quibus

HARDERWICUS à DASSEL / cujus *Imperatorum ac Cæsarum Romanorum ex florentissimâ & vetustissimâ Archi-Ducum Austriæ familiâ oriundorum breves & accuratæ descriptiones prodiêre Hamb.* 1590. 24. (660)

Cumprimis vero hic celebrandus est Rei monetariæ & omnis fere Antiquitatis peritissimus, scriptis multis iisq; elegantissimis celeberrimus, HVBERTVS GOLTZIVS, *cujus Icones Imperatorum Rom.* Item *Series Imperatorum Roman. Austriacorum ab Alberto II. adusq; Ferdin. III, prodierunt* impressæ *Antwerpiæ* 1644. *ap. Gevartium in fol.* 25. (661)

Ex illustrissimâ Saxonicâ domo Augustissimos Imperatores describendos sibi sumsêre.

JOHANNES CVNRADVS DIETERICVS, Histor. & Græcæ lingvæ in Academiâ Giessensi Prof. celeberr. *Historiâ Imperatorum Germanorum, Familiæ Saxonicæ, Augustæ â, Henrici sc. I. Aucupis, Othonis I. Magni, Othonis II. Othonis III. Henrici II. Sancti cum Indice Rerum & materiarum necessario. Giessæ* 1666. 4. 26. (662)

CHRISTIANUS CALDENBACHIUS, Prof. itidem P. *Pentade Imperatorum Romano-Saxonum. Tubingæ* 1675. 4. 27. (663)

Germanicè vero, PAULUS HOFMANN/ qui eosdem exposuit in der Sächsischen Käyser-und Könige Chronicka / vulg. *Lipsiæ* 1676. 8. Remotioribus vero temporibus de Illis egêre. 28. (664)

THEODORUS ENGELHVSIVS, Canonicus Hildesheimensis, qui *vitas Imperatorum ex celsissimâ Serenissimorum Ducum Brunsvicensium domo oriundorum* conscripsit, quas publici Juris fecit Germanicarum Antiquitatum Indagator felicissimus, doctissimusq; JOACHIMUS JOH. MADERVS, *In Antiq. Brunsvic. ed. Helmst.* 1661. *4. p.* 23. 29. (665)

JOHANNES CRAUWS Canonicus Argentinensis, qui *Eorundem Imperatorum Vitas consignavit*, quas itidem in lucem produxit laudatissimus modo MADERVS libri nominati pag. 79. 30. (666)

Auctor Anonymus, qui eorundem ferme Imperatorum ab Henrico sc. Aucupe ad Henricum V. res præclarè gestas composuit, & sub eodem Henrico vixit, in compendium vero redactus à *Monacho quodam Hamerslebiensi*, quem itidem debemus industriæ jam nominati MADERI *dicto libro* p. 135. Uti etiam *Eorundem Imperatorum & Ducum Brunsvicensium XII Diplomata, veteris Saxoniæ historiam non parum illustrantia.* 31. (667) 32. (668)

Variis autem ex Serenissimis & Celsissimis Familiis Imperatores Augustissimos illustravit elegantissimo & Ingeniosissimo Opere, pauculis abhinc annis *JOHANNES PALATIUS, J. U. D.* in Veneto Lycéo publico, Professor & Venetorum Plebanus, Partibus tribus, quarum primam inscripsit. 33. (669)

AQVILAM INTER LILIA sub quâ Francorum Cæsarum à Carolo M. usq; ad Conradum Imperatorem Occidentis X. Elogiis, Hieroglyphicis Numismatibus, Symbolis, facta exarantur. Venetiis 1671. *fol.* secundam,

AQVILAM SAXONICAM, sub quâ Imperatores Saxones ab Henrico Aucupe, usq; ad Henricum Sanctum Occid. Imp. XXV. Elogiis, Hieroglyphicis Numismatibus, Insignibus, ad vivum exhibentur, exsculpti, & longâ historiarum serie exarati. Ibid. 1673. Tertiam.

AQVILAM SANCTAM seu BAVARICAM, Elogiis, Hieroglyphicis, Numismatibus,

matibus, Insignibus, Symbolis Imaginibus antiquis ad vivum exsculptam, & longâ historiarum serie exaratam; Ibid, 1674 fol.

CAROLUS MAGNUS GERMANORUM IMPERATOR PRIMUS.

POstquam igitur eos qui de Cæsaribus Romano-Germanicis quid commentati sunt perlustravimus ad Imperatores Augustissimos nunc nos convertimus, qui spreto aut derelicto ab Imperatoribus Constantinopolitanis Occidente, Gubernationem Ipsius susceperunt Germanici sangvinis: ex quibus primus CAROLVS Martelli Filius, Francorum Rex, Virtutum, rerumq; gestarum gloriâ MAGNI cognomen sortitus meritò nominandus, & illi, qui de Ipso aut Factis ejus illustrissimis scriptum quid reliquerunt recensendi.

Germanum hunc fuisse origine à multis inde seculis dictum est & creditum, nec dissentientem quemquam remotiora nobis tempora audierunt: Affirmant LVPOLDVS de BABENBERG, *de Jure Regni* c. 3. *PETRUS de ANDLO* l. 1. *de Imp. Rom.* c. 13. & ibidem *MARQ. FREHERUS in Not. p. m.* 138. *FRANCISCUS HOTOMANNUS in Francogalliâ, c.4. FRANCISCUS IRENICUS Exeg. l. 3. c. 18. WIMPHELINGUS, Rer. Germ.* c. 22, & alii complures, quos longo ordine recenset *DANIEL OTTO de Jure Publico c. V. p. m.* 99. quamvis hac nostrâ ætate Galli, ut hanc Germanis gloriam invidiosè extorqueant, omnes ingenii nervos intendant, ex quibus fere acerrimus *CHARRON, dans l'histoire universelle, chap.* 113. *p.* 781. *& seqq.* cujus verba recenset *LIMNÆUS, Tomo V. Juris Publici*, seu Additionibus ad l.1.c.5.p.45. Verum quo in loco natus sit, non magis inter Scriptores convenit, quam olim inter Græciæ civitates de patriâ Homeri. *AVENTINUS in Annalibus Bojicis*, infra memorandis, & cum eo *REUSNERUS*, in Bavariâ natum esse tradunt, unde & *Carlsburgo*, castro, nomen remanserit; alii *Leodii*; alii, & quidem quamplurimi *Ingelhemii propè Moguntiam* scribunt: Novissimè vero Caroli M. Patriam ipsius Caroli Assertione, quæ pars est Regalis donationis in antiquis Codicillis Monasterii D. Benedicti Fuldensis detexit, remquè octo seculis, imò ipsi Eginhardo, Carolo adeò familiari ignoratam, domi fere ostendit Vir summus REINESIVS, V. L, lib. 2. c. 16. p. 256. nimirum *Vargalatha*, ad fl. Vnstrut. Reperit hanc inter chartas MSS. Traditionum Abbatiæ Fuldensi factarum, & c.12, lib.3. *Antiqq. Fuldensium* publicatarum à *CHRISTOPH BROUWERO, Soc. Jesu.* Quamvis vero eam opinionem non improbet modo laudatus Dn. *LIMNÆUS*, distingvendum tamen censet inter locum conceptionis & nativitatis ipsius Caroli, quam opinionem, ut ipse, inquit, sibi impresserit *CHIFLETIUS* qui in *Vindiciis Hispanicis* ex eadem chartâ probet c. 9. p. 86. seqq. Bertham Reginam Carolum concepisse in Eichsfeldiâ, Saxoniæ & Thuringiæ confinio, quem tractum ipse Carolus Fuldensi Monasterio in Buchonio saltu sita postea donaverit; Ipsa hæc donationis Carolinæ verba, sic allegat: *Terram conceptionis nostræ hoc est, totam comprovinciam circa fl. Unstrut, ipsamq; cortem nostram in Vargalatha, cum omni proprietate, sicut eam nos à parentibus nostris accepimus, &c.* Adhiberi hic omninò poterit, *LIMNÆO* laudatus *AGRICOLÆ* liber, *Carolus Magnus Germanus.* Hic ergò præter vernaculam, græcam & latinam lingvam edoctus, Parre defuncto, cum Carolomanno fratre Imperium Francorum partitus, accepit Neustriam & occidentalia regna, Burgundiam, Aquitaniam, Galliam Narbonensem & Lugdunensem, urbesquè Mogontiacum, Aquisgranum, Wormatiam &c. Paternæ avitæq; virtutis æmulus sub ipsis regni auspiciis bello defunctus Aquitanico Italiam rogatu Hadriani Pontificis ingressus, capto Longobardorum Rege, Desiderio regnum istud Francico nomini subegit 3. Non Maji. Anno Chr. 774. Ad Saxonicum inde bellum se convertens Saxones sæpius rebellantes, tricennali tandem bello perdomuit, &

quod

quod ab initio ſemper egerat, verâ pietate imbuit. Interim in Saracenos, Hiſpaniam fere omnem vaſtantes, arma induens, eos intra Bæticæ angulum compulit, & Pampelonæ & Cæſarauguſtæ firma præſidia impoſuit. Inde in Franciam regrediens, in Pyræneis jugis ſuperandis Vaſconum perfidiâ, non mediocre vulnus accepit; Inſidiosè quippe ab iis circumventus; non paucos è ſuis, & inter eos præ reliquis fortiſſimum Rolandum, non tam ferro quam ſiti confectum amiſit, Iterum Italiam ingreſſus Agariſum ſeu Hæregiſum Ducem Beneventanum Longobardorum reliquias adhuc foventem ad officium coëgit.

Inde reverſus Taſſilonem Bojorum Ducem, bellum non neceſſarium moventem compeſcuit, pacta autem violantem ad regni abdicationem condemnatum in Monaſterium incluſit, & Bajoariam ſuæ ditionis fecit. Hinc in Sorabos, Saxoniam & Thuringiam, mox in Hunnos Bajoariam depopulantes expeditionem ſuſcipiens, illos parvo negocio, hos nonniſi octoannorum bello debilitatos fregit. Leonis inde Papæ à Romanis malè multati patrocinium ſuſcipiens, tertio in Italiam contendit, à quo poſtea compoſitis motibus Romæ in æde D. Petri, magnâ populi acclamatione Imperator Romanorum eſt renunciatus, 8. Cal. Jan. An. 800. Ceterum partâ ex eo tempore pace Eccleſias conſtituit, ſtudiorum Gymnaſia paſſim aperuit, Regna ædificiis exornavit. Filio tandem Ludovico conſorte & ſucceſſore Imperii nominato Aquisgrani febre correptus, ſeptimo poſtquam decubuit die, pleuritide eſt extinctus 5. Cal. Febr. An. 814. ſeptuagenario major biennio: Ibid. in æde B. M. Virginis, quam magnis ſumtibus extruxerat, ſepultus. Princeps verâ erga Deum pietate, ardenti erga Religionem & Eccleſiam ſtudio, ſapientiâ item & fortitudine, Juſtitiâ, clementiâ & beneficientiâ inclytus. Quæ ſtrictim hic de Caroli Imperatoris rebus factisq; dicta ſunt, fuſius tractarunt Auctores complures, qui in extollendis laudatiſſimi Imperatoris virtutibus inter ſe quaſi concertarunt.
Primum inter ipſos meritò locum obtinet EINHARDUS prout in antiquis Codici-
bus ac vetuſto diplomate vocatur, ſeu, ut aliis placet, EGINHARDUS, ut qui ad ex- 34. (670)
trema Caroli ipſius, cujus Cancellarius fuit, laterique ejus ſemper adhæſit: ad ætatem Ludovici Pii referendus. Librum, quem de vitâ Caroli M. compoſuit, tantâ ſcripſit dictionis puritate, atquè elegantiâ, ut coætaneos longè ſuperet, planequè videri poſſit aliquot ante ſeculis vixiſſe, niſi forſan cum aliis quis putaverit, à recentiori quodam exornatum eſſe veſtitu elegantiori; quamvis aliud ſvadeant verba Lupi Abbatis Ferrarienſis Monaſterii, qui ſic ad ipſum ſcribit Epiſtolâ primâ; *Venit in manus meas Opus Veſtrum quo memorati Imperatoris Caroli clariſſima geſta (liceat mihi ſine ſuſpicione adulationis dicere) clariſſimè literis allegaſtis &c.* Cetera ejus ingenii monumenta, recenſet Voſſius, l. 2. c. 33. p. m. 285. Hiſtoriam ſeu Fabellam, uti Juvenis cum filia Caroli conſveverit, atquè ab eâ per nivem humeris portatus eam poſtea uxorem acceperit, videſis in *Chronico Lauriſhamenſi* ex Archivis Palatinis edito inter Rerum Germ. Scriptores M. FREHERI. Item apud HUBERTUM THOMAM LEODIUM, *Annal. de vitâ & geſtis Friderici II. Palatini lib. 1. p. 8. & ſeqq.* LEHMANN/ Speyr. Chronick. l. 3. c. 32. qui & plures allegat. Elegantiſſimo ſanè Epithalamio haſce nuptias, ſi fuerunt, condecoravit Ingenioſiſſimus CASPARUS BARLÆUS, quod eſt in *Facibus* Ipſius *Auguſtis, Dordraci Anno* 1643. 8. editis p. 161. hoc titulo: *Virgo Ανδροφόρος ſeu Emma Caroli M. Filia Eginhardum Scriptorem amaſium ſuum humeris portantis fata & nuptiæ.* Deſertis tandem ſeculi negotiis Monachus Benedictinus atquè Abbas primus Cœnobii Selgenſtadenſis ſeu Salingſtadienſis S. S. Marcellini & Petri factus, de quo vid. Ill. Dn. *Lamb. de Bibl. Cæſ.* l. 2. c. 5. p. 401. in margine n. 2. Hunc omnium Germanicorum hiſtoricorum vetuſtiſſimum, Ipſumquè Germanum, cui ſc. Nemus Ottonium natale fuit, plures ab oblivione & injuria temporum vindicare ſtuduerunt. Edidit enim ipſum *Tomo ſuo Rerum Germanic. Scriptorum* J. REUBERUS numero primum, & M. FREHERUS *Corpore Hiſtoriæ ſuæ Franciciæ & ſinceræ p. 433.* ſubjunxitq; eum Hiſtoriæ ſuæ de Carolo M. mox memorandus *Joh. Joach. Franzius Argentorat.* novis-
ſimè verò FRIDERICUS BESSELIUS, cum *Animadverſionibus* publicavit, *Helmſta-* 35. (671)
dij. 1667. 4.

Proximè huic jungamus *Vitam Caroli M. Francorum Regis & Imperatoris de-*
36. (672) *scriptam, ut videtur, magnâ parte à Monacho Cœnobij Engolismensis S. Eparchij, ex Annalibus illis plebano & rustico sermone compositis, quos & Rhegino Abbas Prumiensis, ad Ann. DCCCXIV, secutum se ait; nonnullis interpolatis, quibusdam & additis.* Edidit eam inter *Annalium & historiæ Francorum Scriptores coætaneos*, P. PITHOE-
37. (673) US, p.230. cui etiam adjecit p.288. fragmentum ex libro PAULI WARNEFRIDI, Longob. Diaconi Forojul. *de Episcopis Metensis Ecclesiæ* quo præcipua Imperatoris hujus brevissimè complexus est.

Paulo superius laudatus JUSTUS REUBERUS in publicum prodire jussit
38. (674) *Annales Pipini, Caroli Magni & Ludovici, à quodam ejus ætatis Astronomo, Ludovici Regis domestico conscriptos, inter Scriptores Rerum German. n.2.* Quæ de Annalium istorum Auctore conjectura fit modo laud. Dn. LAMBECII, quam ostendit loco modo allegato. p.400. liceat mihi Verbis ejus exprimere. *Facere non possum quin in præsens addam, incidisse me postea in antiquissimam & omnium primam eorundem Annalium Editionem, quæ unâ cum Imp. Caroli M. ab Eginhardo conscriptâ Vitâ in*
39. (675) *lucem prodiit A.1521. Coloniæ Agrippinæ 4. typis quidem Joh. Soteri, studio autẽ & curâ, HERMANNI à NUENARE Sacri Imp. Ro-Germ. Comitis, qui eam Imperatori Carolo V. eleganti quadam & lectu dignissimâ Præfatione dedicavit, addita insuper eruditâ Dissertatiunculâ, De Origine, Sedibus & linguâ priscorum Francorum. In hac igitur supra memoratorum Annalium primâ & vetustissimâ Editione impressâ Titulus eorum seu Inscriptio se habet h. m. Annales Regum Francorum Pipini, Caroli, Ludovici, ab Anno post Christum natum DCCXLI. usq; DCCCXXVIII. collecti per quendam Religionis Benedictinæ Monachum, qui ipse res gestas diligenter accurateq; scriptis commendavit. At illius nomen quia hactenus nobis exploratum non fuit, Lectorem ad Historiæ veritatem remittendum duximus, quæ auctori vel incognito facile fidem impetrabit.*

Hucusq; Inscriptio illa, quæ ab Illustrissimo Comite Nuenario Annalibus istis est præfixa. Ego autem pro certo habeo, verum eorum Annalium auctorem esse eundem illum Eginhardum, qui Imp. Caroli M. vitam in eodem Codice MS. (de quo eo ipso segmento agitur) sine interpositione novi tituli proximè præcedentem composuit. Inclaruit enim is postremis Caroli M. temporibus, & licet sub filio ipsius Imp. Ludovico Pio, multò etiam magis floruerit, suâ tamen sponte aulicam vitam deseruit, evasitq; Monachus Benedictinus, atq; primus Abbas Cœnobij Seligenstedensis, seu Saligenstadensis, quod in Franconiâ tribus à Francofurto ad Mœnum milliaribus situm est: Cætera quæ seqvuntur, apud Ipsum Ill. Dn. Auctorem legi possunt, *lib. sc. 2. c. 5. segm. 32. p. 401.*

Sequentibus paulo temporibus alius quidam scribendi argumentum Caroli
40. (676) M. Vitam sibi delegit, quem ab oblivione asseruit CANISIUS hoc tit. *Libri duo de gestis Caroli Magni, ad Carolum Crassum Imperatorem, Filium Ludovici Regis Germanorum, nepotem Ludovici Pij, Pronepotem Caroli M. scripta à quodam Monacho S. Galli ex Cod. MS. Bibl. Monacensis* To.1. A.LL. ap.358.—431.
41. (677) Eidem Canisio debemus etiam *Incerti Auctoris Carmen de Carolo M. & Leonis Papæ ad eum adventu, Ad. LL. Tomo Vto. a p. 521. usq; ad 535.*

Annalium aliorum de gestis Caroli M. Imperatoris libros V. haud ita multò
42. (678) post scriptos, *Opus Auctoris quidem incerti, sed Saxonis & Historici & Poëtæ antiquissimi, id est Arnulfi Imperatoris æqualis, ex Illustrissimâ Gvelferbytanâ Bibliothecâ bono publico communicavit REINERUS REINECCIUS Steinhemius*: Cui accessit GODEFRIDI LANGJ, *de capta à Turcis Constantinopoli narratio*, & ipsa jam primum in lucem emissa. *Helmst. 1594. 4.* Potissimum autem ex ADELMO BENEDICTINO indicante *Vossio* sua hausit hic Poëta, Adelmus vero ex EINHARDO. Unde & Poëta idem Lectorem ad eundem remittit, cum canit:

De Vitâ Caroli scriptum legat ipse libellum,
Quem summo prudens EINHARDUS nomine scripsit.

E recentioribus qui in Imperatoris hujus Elogiis deprædicandis operam navarunt nominandi sunt.

HAR-

HARDERVICUS à DASSEL/ Oratione, *quæ continet Historiam Caroli M.*
Regis Francorum, ac primi Occidentis Imperatoris semper Augusti. Augustæ Vindel. 43. (679)
1583. 4.

ARNOLDUS SCHLEUFER qui *Caroli M. Imperatoris, Regis & Principis vi-*
tam togatam scripsit. Impr. 1590. 4. 44. (680)

BARTHOLDUS BECMANNUS, qui locum invenit Oratione *de Carolo M.*
primo Germanorum Imperatore, In Academia Marpurgensi publicè recitatâ, exc. Marp. 45. (681)
Cattorum 1643. 4.

Item qui superius nominatus fuit JOH. JOACH. FRANTZIUS, *Argentor.*
Historia Caroli M. Imperatoris Rom. Ex præcipuis Scriptoribus eorum temporum con- 46. (682)
cinnatâ; Cum Eginhardi Carolo & præfatione JOH. HENRICI BOECLERI, Argent.
1644. 4.

Nec non huc etiam spectat *Tacitus Germano-Belgicus seu Flosculi historico-Ge-*
nealogici de origine & rebus gestis bello-politicis Carolorum, Magni, Audacis, Quinti, 47. (683)
aliorumq; Germaniæ ac Belgij Principum, collecti à J. A. PASTORIO, J. U. D. *Colon.*
Agripp. 1658. 8.

Tandem omnino hac in classe recensendi sunt, *Discursus Politici de Carolo M.*
quatenus Vitam ejus describunt. CL. FAUCHET, & JEAN SERRE, *Scriptores Gal-* 48. (684]
lici, Præside Dn. M. CHRISTIANO WEISIO, *Polit. Prof. ventilati. Leucopetræ*
1674. 4.

Quemadmodum vero *Plutarchus* non contentus fuit singulares enarrasse hi-
storias, sed comparatione rem illustriorem reddere studuit, ita, ne & hic ejusmodi 49. (685)
labor desideretur, præstitit JOH. WILHELMUS STUCKIUS, qui *Carolum M. re-*
divivum scripsit, hoc est, Caroli M. cum Henrico Rege comparationem.

Neq; alii desunt, Imperatoris hujus gloriosissimi laudum æternarum Præcones,
DONATUS ACCIAJOLUS, ERPOLDUS LINDENBROG JOH. LETZNERUS,
qui sæpius *Goldasto, Frehero,* & potissimum *Henrico Meibomio* laudantur. Verum 50. (686)
quoniam Editiones historiarum ejusmodi cognitæ mihi nondum adhuc sunt, ideo
nomina hic tantum indicasse sufficiat, donec vel Bibliotheca instructior, vel Ami-
cus eas suggerens huic etiam defectu occurrat.

Ex Germanis, qui Imperatoris hujus Germani, Gloriæq; Germanorum Vitam
& facinora egregia Vernaculo sermone scripsêre, non omittendus erit Poëta qui-
dam, nondum adhuc editus, sed cujus honorificam mentionem facit JOH. JO-
ACH. FRANTZIUS Historiæ suæ jam laudatæ p. 29. ubi præmissis præmittendis 51. (687)
ita scribit: *Ego haud difficilis in eam sententiam concederem, nisi MS. Codex, quem in*
Tabulario suo Resp. Argentoratensis servat, ac mihi videre contigit, me deterreret.
Ejus Auctor CONRADUS quidam, non longè ab ætate Caroli, si membranam, ac cæte-
ra Antiquitatis indicia spectes, remotus, qui carmine germanico expeditionem Hispani-
cam descripsit, sane, quod formam Operis attinet, successu præter seculi genium felici, &
eò magis industrium fuisse credo quo sublimius Rex noster postea August. Romanorum
Imper. se extulit: tantam enim Imperij Majestatem, Germanici etiam sermonis flore, &
ornatu augeri, publici splendoris intererat. Is igitur memoriæ reliquit, post Vascon: cam
stragem acriter cum Saracenis certatum fuisse; ac Carolum suâ manu Heligandum ob-
truncasse, &c. Publici vero juris est argumenti hujus *Chronicon*, cui hic est titulus:
Außerlesenes Chronickon/von herrlichen/ wunderlichen und grossen Thaten Caroli
Magni, scil. MARCI WAGNERI, mit einer Vorrede D. *Sigfridi Sacci.* Magdeburg
1579. 4. 52. (688)

Expositis fere iis, qui Vitam Resq; gestas Caroli sine dubio, veritatis studio,
certisque fundamentis nixi consignarunt, operæ etiam pretium videtur, eos nomi-
nare Auctores, qui titulo specioso Lectorum credulitati facilius imponunt; Ut e-
nim omittamus JOHANNEM ABGILLI & ADELEM ADELINGUM Frisios,
SUFFRIDO PETRI *in Scriptoribus Frisicis laudatos*, quorum priorem dicit Com-
mentarium scripsisse *de expeditione Caroli Francorum Regis in terram sanctam,* Item,
de expeditione suâ in Indiam, ad hæc *de Indiæ situ & gentibus diversis.* Alterum ve-
rò egisse de *monstris Indiæ, de moribus Indorum deq; eorundem Religione;* scripsisse
etiam, *Johannem Adgilli fuisse Filium Regis Frisii; atq; ob sanctimoniam singularem*

Presbyteri cognomen accepisse, eundem cum Ottogero Daniæ Rege, Duce Carolo M. fuisse profectum in Palæstinam, ac captis Hierosolymis Carolum quidem in Germaniam esse reversum, Johannem autem unâ cum Ottgero atq; aliis Indiam petiisse, ibi vastos occupasse terrarum tractus, ac condidisse Imperium Abyssinorum Regis, quod ab hoc Frisio Johanne, Presbyteri Johannis vulgò nuncupetur, &c. Ejusmodi enim deliramenta nemini nisi qui in Historiis omnino rudis fuerit, fucum facient, eaq; narrasse fere est confutasse. Sed vel temporum simplicitate vel nimia in Carolum Imper. inclinatione, complures, & inter eos etiam Virum ceteroquin prudentissimum JOHANNEM TRITHEMIVM decepit, JOHANNIS TURPINI nomine latens Impostor alius, æq; vanissimus. Fuit quidem TVRPINVS vel potius TILPINVS, prius Monachus S. Dionysii prope Lutetiam, postea, Caroli M. pustulato ab Adriano Pontifice M. factus est Archiepiscopus Rhemensis. Videri possunt quæ de eo scribat FLODOARDVS l. 1. Hist. c. 5. & inprimis lib. 2. c. 17. ubi & quadragesimo septimo Episcopatus anno obiisse legitur, ac versus referuntur, quos tumulo ejus inscripsit *Hincmarus.* Verum de personato hoc Turpino audiamus FRANC. HOTOMANNVM: *Franco gallia c. 5. p. m. 56. ed. Francof. An. 1665. 8. Quod vero Johannes Turpinus nescio quis, Monachus certè stolidus atq; imperitus, qui Caroli M. non vitam sed fabulam conscripsit, de Francorum vocabulo nugatur &c. ne memoratu quidem est dignum, non magis ac reliqua illius omnia fabulis anilibus ac deliriis referta.*
53. (689) Exhibet tamen illum in Annalibus suis JVSTVS REVBERVS.

De Legibus, Constitutionibus & Capitularibus Caroli Magni.

IMperatoriam Majestatem non minus esse decet legibus armatam, quam armis exornatam &c. prudentissimè dixit Imp. JUSTINIANVS *princ. Inst.* Eadem sane laudatissimi Imperatoris nostri mens fuit, quippe nec ei satis visum, Saxones fugasse, domuisse Avares, attrivisse Slavos, multis cladibus debellasse Saracenos, aliosq; hostes sub jugum misisse, nisi & ipse, quomodo subditorum pacis etiam tempore in incolumitatem promoveret, victosquè in officio contineret, pro viribus annitere-tur: Satis hoc declarant Leges illæ, à Carolo nostro profectæ, quas singulari studio vel veteribus adjecit, de quibus additamentis ita *Eginhardus*, *Post susceptum Imperiale nomen, cum adverteret, multa legibus populi sui* (h. e. Francici]) *deesse, nam Franci duas habent leges plurimis in locis valde diversas,*) *cœptavit quæ deerant addere, & discrepantia unire, prava quoq; ac perperam prolata corrigere &c.* vel prorsus novas condidit, de quibus videri poterit *Magnus Conringius libro doctissimo de origine Juris Germanici,* c. XII. & XIII. ex quo pauca huc adducere liceat: p. 54. *Præter illam vero legem, in Saxonum usum, esse & alia auctoritate Caroli constituta vetant nos dubitare duo illa opuscula Romæ cis paucos annos, V. CL. Luca Holstenio curante, edita:*
54. (690) *Alteri titulus: Caroli M. Capitulatio de Partibus Saxoniæ: Alteri Capitulare Saxonum: Debemus insigne hoc vetustatis Germanicæ argumentum industriæ* FERDINANDI FüRSTENBERGII, *Germanicæ hodie Principum Episcoporum inusitati ornamenti, sive doctrinam sive virtutem videas, qui ex antiquissimo MS. Palatin. Vaticanæ Bibliotheca feliciter eruit.*

Nec quidem ita contenta fuit Caroli M. in fererendis legibus diligentia, sed cum more antiquo gentis Francicæ quotannis penè Concilium cogeret, multa etiam tum sanxit ab omnibus observanda. Verum illa non videntur pari dexteritate in chartas translata esse. Certè jam olim, non multo post Carolum pleraquè ignorata sunt. Itaquè ex superstitibus tum schedulis colligere huc illuc dispersa decreta coacti sunt, qui id negotii sibi sumserunt, Ludovici Pii ejusq; filiorum tempestate. Sanè tamen etiam sic nonnulla ad nostram usq; memoriam servata.
55. (691) Retulit isthæc ætate Ludovici in librum tertium suum ANSEGISVS, *quarto libro Appendice secundâ adjungens Carolinas illas leges civiles, quæ minus perfecta visa sunt: Non dubium vero est, quum latæ sunt in conventu totius populi,* verba sunt ejusd. Dn. CONRINGII, pag. 58. *valuisse eas non in Germaniâ minus quam alibi.*

Nequè

Neque vero in ordinandis civilibus tantum prudentia Caroli deprædicanda
est, sed & demiranda ejus in constituendis Ecclesiasticis piissima cura studiumquè
indefessum. Plurimas enim & Ecclesiasticas leges promulgavit, aliasque vel
prorsus novas, vel de antiquis Canonibus excerptas & redintegratas Varia quippe.
Ipsius auctoritate celebrata sunt Episcoporum Concilia, præcipuè vero Anno
DCCXCII. Reginoburgi, vel Ratisbonæ, occasione hæreseos *Felicis* Vrgelitani in
Hispaniâ Episcopi, qui voce & stylo asserebat, JESVM CHRISTVM *in divinâ na-
turâ esse verum Filium Dei, in humana vero adoptivum*, & sic unam personam Dei
& hominis dividentis in duas personas, Filii scil. veri & adoptivi. De quo videri
poterit SIGEBERTVS in Chronico, & AVENTINVS l. 4. Annal. Itemq; SEVE-
RINVS BINNIVS *Conciliorum Tomo III. excuso Coloniæ* 1605. fol. Biennio a. 56. (692)
post Francof. ad Mænum Concilium congregatum fuit amplissimum Episcoporum
trecentorum, ex omni scil. Francorum Regno, quod tunc latissimè patuit per Gal-
liam, Germaniam, Hispaniam, quale aliquot seculis Occidentalis Ecclesia non vide-
rat. Damnata hic fuit unanimi omnium sententiâ *Felicis* Vrgelitani, qui ad vo-
mitum rursus reverterat, & *Elipandi* Toletani Episcopi, Patroni ejus opinio paulo
superius recitata, Exhibet GOLDASTVS *Constitutionum Imperialium Parte I.*
p. 2. CAROLI M. *Regis Francorum & Germanorum Constitutionem, datam Franco-* 57. (693)
*furti in Concilio CCC. Episcoporum ex Italiâ, Liguriâ Æmylia, Hesperiâ, Galliâ, Aqui-
taniâ, Britanniâ, Germaniâ & Austriâ provinciis à Rege convocatorum An. DCCXCIV.
contra haresin Elipandinam & Felicianam asserentem, Christum secundum carnem esse
Filium Dei adoptivum.* Hujus auctoritatem affert in *Rationali* suo p. 12. ex *Concilio
Francofurtensi* excuso *Basilea ab Henrico Petri.* Item Tomo III. *Conciliorum*: BA- 58. (694)
RONIO. *Annal. To. 9. Anno 794. n. 15.* Idem Parte II. *Constitutionum exhibet
Caroli M. edictum, de S.S. Trinitate, & fide catholica, publicatum in Concilio Franco-
furtensi* Anno Dom. 794. *quod extat in capitulari Caroli M.* Condemnata pariter
fuit Synodus II. Nicena, Irene Imperatrice cum Constantino Filio præsidente, ce-
lebrata, Imaginum adorationem concernens, Hujus rei etiam testimonium addu-
cit GOLDASTVS, *Parte eâdem*: *Rescriptum scil. de non adorandis Imaginibus, con-
tra Synodum, qua in partibus Gracia pro adorandis Imaginibus stolidè seu arroganter
gesta est, à Constantino Imperatore Constantinopolitano, & Herene matre Imperatri-
ce. Dat. in Concil. Francoferd.* Ab interitu nobis de hoc Concilio nonnulla vin-
dicavit JOHANNES TILIUS, Meldorum Episcopus, Vir Eruditissimus. Is au- 59. (695)
tem est Tilius, qui quatuor libris Caroli Magni, vel Alcuini sub ejus nomine, contra
Nicænam illam Synodum in hoc ipso Concilio Francofurtensi perscriptos, prin-
ceps vulgavit, sub ficto tamen ELIPHILI, nomine (cujus evolutionem vide apud
Doctissimum *Vossium, l. 2. de Histor. lat. c. 30. p. 273.*) testaturquè Romæ in Latera-
nensi Bibliothecâ idem exemplar vetustis Longobardicis literis descriptum extare,
cui *Augustinus Steuchus*, ejus Bibliothecæ Præfectus publico suo scripto astipulatur,
Auctore paulò ante memorato GOLDASTO, *in Rationali, d.l.p. 12.* Hos vero
libros Carolinos, etsi quidem initio, cum innotescere inciperent, ut Spurii à qui-
busdam rejecti fuerint, omnes tamen hodie pro legitimis agnoscere fatetur Erudi-
tissimus JACOBUS SIRMONDUS, Soc. Jesu Theologus, To. II. *Conciliorum Gal-
liæ*; notante sæpius laud. Dn. CONRINGIO, c. 14. p. 59. In *Aquisgranensi Concilio*
Anno 796. habito, de Ecclesiæ statu actum quidem, verum nihil decretum esse affir-
mat, Idem Vir doctissimus. At quæ anno DCCXIII. variis in locis jussu Caroli
Concilia sunt celebrata, illa omnia Canones plurimos Ecclesiasticos dederunt, Ita
enim *Auctor Annal. Fuldens. à Pithao evulgatus p. 24.* *Concilia quinq; super statu Ec-
clesiarum corrigendo ab Episcopis celebrari jussit, quorum unum Moguntiaci, alterum
Rhemis, tertium Turonis, quartum Cabillone, quintum Arelate congregatum est:
Quorum gesta qui nosse voluerint, in prædictis quinq; civitatibus invenire poterit.* Ex-
tant quoq; hodie illorum Conciliorum Canones, per LAURENTIUM SURIUM
& dein per alios *Conciliorum Tomis* inserti. Ex quibus *Moguntini* cumprimis
per Germaniam in dubiè magnæ auctoritatis fuerunt, confirmati quippe pote-
state Regiâ & observari jussi.

Præter hæc vero, Auctore sæpius jam nominato Dn. CONRINGIO, p. 61. fecit idem Carolus in rem Ecclesiæ Canones, aliaquè ex veterum Conciliorum, Patrum & Pontificum sententiis, usus opera ALBINI seu ALCUINI [de quo vide *Vossium l. 2. de histor. lat. c. 30. p. 273.*] & PAULINI ex Grammaticæ artis Magistro Episcopi Aquilegiensis, de quo multa Baronius ad Ann. 802.

60. (696) Illud opusculum *Capitularis* titulo hic alibi, ut & in Bibliothecâ Academiæ Juliæ MS. seorsim reperitur: præterea extat lib. 1. apud ANSEGISUM, & in *Capitulari Lotharii primi Cæsaris, vel Epitome Capitularium Carolinorum edita à BUSÆO*
61. (697) *cum Epistolis HINCMARI RHEMENSIS.*

Horum sub finem adjiciamus CAROLI M. *Edictum de Disciplinâ Ecclesiasticâ & Officio Episcoporum*, quod inseruit *Tomo I. Const. Imper. p. 6. latine & germanice* GOLDASTUS, in Aquisgranensi sc. Concilio Anno 796. promulgatum: & in *Rationali p. 4. Sed de his satis.*

62. (698) Ecclesiasticis hisce piissimi Imperatoris occupationibus haud incongruum erit adjungere diversorum Pontificum Max. Epistolas ad Carolum ejusquè Prædecessores scriptas, & uno volumine comprehensas. Hic Codex Epistolaris Carolinus, continens PP. Rom. *Gregorij* III. *Zachariæ* I. *Stephani III. vel (secundum alios II. Pauli I. & Stephani IV. vel secundum al. III. Hadriani I. & Pseudo-Papæ Constantini Epistolas 90. ad Principes & Reges Francorum Carolum Martellum, Pipinum & Carolum M. Anno* 791. curâ & auspiciis ipsius Caroli M. tunc temporis nondum Imperatoris, sed tantum Regis Francorum & Longobardorum, atquè Patricii Romanorum, ne vetustate, aut per incuriam perirent, studiosè in unum Volumen redactas membranaceum, olim primò quidem ad Ipsius Caroli M. Bibliothecam cubicularem, deinde ad Willibertum Archiepiscopum Rhotomagensem pertinuit, nunc verò authenticum asservatur in Augg. Bibl. Cæsareâ Vindob. inter Codd. MSS. Theol. latinos, 198. Post primam Editionem *Ingolstadiensem* (quam benef. V. Nob. SEBASTIANI TENGNAGELII, J. U. D. & Augg. Bibliothecæ Cæsareæ quond. Præfecti procuravit JACOBUS GRETSERUS 1630. 4.) *nunc summa fide & diligentia recognitum ac collatum, plurimis locis emendatum & suppletum, & Chronologiâ accuratâ atq; necessariis Annotationibus in fine adjunctis illustratum, edere rursus promisit Vir Illustr. Dn.* LAMBECIVS, *in Syntagmate Scriptorum Rerum Germanicarum*:

63. (699) Simili etiam operâ defunctus est de Germaniâ meritissimus CONRINGIUS, qui LEONIS III. *Papæ Epistolas ex membranis antiquis Bibliothecæ Academiæ Juliæ primus edidit, & Notis illustravit*, quæ secundâ vice prodiere *Helmstadij* 1655. 4.

Nondum omne emensi sumus Gloriosissimi hujus Imperatoris laudum spacium: Ut enim indefessus in literarum studiis, in oppugnandis & debellandis hostibus infractus, in sanciendis, renovandis aut supplendis legibus tam civilibus quam Ecclesiasticis vigilantissimus, ita curiosissimus fuit in consignandis Imperii opibus & reditibus, qui singulis annis provenirent, adeo ut etiam Rerum suarum accuratissimam rationem haberet tantus Monarcha. Quod enim de Augusto Imperatore SVETONIUS *in Vita ejus* testatur, *Breviarium totius Imperij reliquisse* & DIO CASSIUS, l. 56. *Ab Augusti morte prolata sunt quatuor ipsius Volumina, quorum tertium complectebatur, quæ ad milites, quæq; ad reditus sumtusq; publicos pertinebant, item quanta pecuniæ summa in fisco esset, & quæcunq; ejusmodi ad Imperium spectabant.* De Ipsiusmet Caroli instituto eadem recenset prudentissimus Rerum Bojicarum Scriptor JOH. AVENTINVS *libro 4. Carolus M. non solum prædia stipendiaria, agros, prata, vineas, villas, molas, laterarias & calcarias, & hujusmodi reditus, vectigaliaq;, item jumenta, pecudes, mancipia; Verum etiam propriam suppellectilem Præfectorum, Præsidum, Pontificum, fœminarum sacrarum & Virorum &c. descriptam habuit. Juxta multitudinem jugerum, agrorum, opum, certus numerus militum, auri argenti, jumentorum, boum, pecudum, rhedarum, vehiculorum, annonæ, vestimentorum, paludamentorum, armorum, cataphractarum, galearum, gladiorum, scutorum, hastarum, arcuum, sagittarum, pharetrarum: Item ferramentorum, ut sunt palæ, bidentes ligones, rastra, cophini, dolabræ, secures, asciæ, serræ, inductus & definitus est;*

Industriæ

Industriæ hujus exemplum singulare esse poterit CAROLI M. *Capitulare de Villis suis*, quod primus edidit Vir summus Dn. CONRINGIUS, *& Epistolis Leonis III.* modo nominatis subjunxit. Helmst. 1655. 4. 64. (700)

Nihil itaquè mirum si tantis virtutibus, tantaq; prudentiâ præditus CAROLUS omnia, dum viveret, composita habuerit, sed etiam, ne post fata sua res inter suos turbarent, mature curaverit. Testamento itaquè scripto Regna inter Filios distribuit, ut omnis inter illos infestis armis occurrendi amputaretur occasio: Legitur illud apud P. PITHOEUM, subjectum Auctori Vitæ Caroli M. apud eundem. p. 283.

Animi Fortunæq; dotes Gloriosissimi Imperatoris nostri hactenus lustravimus, de corporis etiam bonis paucissimis agendum, cum varia de Habitu corporis Ipsius tradantur, & cum omnia in Eo magna fuerint neq; hoc ornamentum ei defuisse credibile visum est: Vt igitur *Pythagoras*, apud AGELLIUM. *Noct. Att. l. 1. c. 1.* longitudinem Herculei corporis è plantæ ejus indicio indagavit: Ita Celtici nostri Herculis Staturam examinavit sæpius nobis laudatus MARQ. FREHERUS Tractatu brevi quem inscripsit, *Φιλοπόνημα de Staturâ Caroli M. Imperatoris*: qui reperitur in *Repræsentatione Reip. Germanicæ, seu Tractatibus variis de Sacri Romano-Germanici Imperij regimine* recus. *Norinb.* 1657. 4. 65. (701) 66. (702)

Ut autem maxima Caroli nostri, dum fuit superstes, non apud suos tantum, sed & apud exteros & peregrinos fuit auctoritas, ut & longissimè remoti amicitiam ejus certatim muneribus & legationibus ambirent, uti *Aaronis* Persarum Regis exemplum testatur; sic & post beatissimum ejus obitum cultus ipsius fuit non minor, & memoria sanctissima. Cujus rei testimonia sunt *Historia de Sanctitate meritorum & gloria miraculorum B. Caroli M.* ab Anonymo quodam Auctore sub Imperatore Fridr. I. cognomento Ænobarbo, circa Annum 1165. composita & in tres libros divisa, quæ extat in *Augg. Bibl. Cæsareâ, antiquo Cod. MS. histor. lat.* 149. nondum hactenus in lucem edita. Hanc licet alio loco commodiori integram publicare promiserit Ill. Dn. LAMB. operæ tamen pretium se facturum esse arbitratus est, si Præfationes interim trium librorum, in quos ea divisa est, una cum capitum cujusq; libri Lemmatibus seu Titulis & conclusione totius Historiæ in antecessum præmitteret: Inveniuntur hæc *Comment. de Bibl. Cæsar. l. 2. c. 5. sect. 21. p. 329. usq; ad pag.* 337. Itemq; *Officium Ecclesiasticum, quod in honorem S. Caroli Magni peculiariter compositum est, eodem anno* 1165. quo is cura & studio Imp. Friderici I. cognomine Barbarossæ, qui corpus ipsius divinâ revelatione manifestatum Aquisgrani solenniter elevavit, ab Antipapâ Gvidone Cremensi, seu Paschali III. in numerum Sanctorum relatus est: Quam canonizationem Papa Alexander III. postquam An. 1177. cum jam memorato Imperatore rediit in gratiam & confirmavit: Extat etiam nunc ipsius Friderici I. de hac Caroli M. elevatione & relatione in numerum SS. insigne testimonium in eo Diplomate, quo An. 1166. 6to Id. Januarii Privilegium à S. Carolo M. Ecclesiæ & Urbi Aquisgranensi concessum confirmavit: Exhibet principium ejus, ad rem præsentem pertinens, modo dictus Dominus LAMBECIUS, *loc. cit. p.* 340. & 341. integrum vero illud legitur in PETRI BECKÆ *Aquisgrano*, & AUBERTI MIRÆI. *Fastis Belgicis*, inferius *parte IV.* Deo dante laudandis. Hoc vero Officium quamvis itidem integrum posthac publicaturus est Dn. LAMBECIUS, Antiphonas tantum & Hymnum à quibus incipit, nec non unam aliquam ejus Collectam speciminis instar præmisit, allegato paulo ante *libro secundo c. 5. p.* 341. 342. 343. Excusum interim legi poterit apud CANISIUM. *Antiq. LL. Tomo IV. p.* 438. De sumsit vero Auctor ille, qui de sanctitate Vitæ & gloriâ miraculorum Caroli M. scripsit, ea quæ libro secundò exposuit, monente Dn. LAMBECIO. ex vetusto quodam sed pariter incerti nominis Auctore, qui Relationem quandam concinnavit, cujus in MS. Cod. Aug. Bibl. Cæsareæ inter historicos latinos 264. hic est titulus: *Relatio, quomodo Carolus Magnus à Constantinopoli Aquisgrani attulerit clavum & coronam Domini, & qualiter hæc eadem Carolus Calvus retulerit in Ecclesiam S. Dionysii Areopagitæ, ac de institutione Indicti, utq; corpus ejusdem Caroli in præfatam Ecclesiam translatum est, &c. d. cap. 2. segm. 16. p. 362. & seqq.* 67. (703) 68. (704) 69. (705) 70. (706)

 DE

DE ROLANDO.

POstquam jam eos, qui de Carolo M. scripserunt, recensuimus, operæ pretium judicavimus, paucis etiam de Rolando famigeratissimo illo heroë, à quo Comites Palatini nostri descendere putantur, agere. Fuit autem is, vel potius fuisse creditur Caroli M. ex sorore nepos, Dux quidem magnanimus, qui cum socio Oliverio aliisq; compluribus, egregiis, strenuisq; Viris contra Hispanos tum infideles, fortiter pugnando in jugis Pyrenæi montis, qua parte Roncivallis appellatur, siti & vulneribus confectus occubuit, ubi etiamnum hodie cornu illius eburneum & ensis ostenditur: Hunc Francici Annales jactant, inauditâ corporis magnitudine fuisse, verùm quam falsò, Franciscus Rex Galliæ ex Hispanicâ captivitate rediens, postquam Blaviam pervenit, ubi corpus ejus conditum est, tumulo marmoris frusto abrupto cognovit, & paulò post ipse quem paulò superius nominavimus HUBERTUS THOMAS LEODIUS qui *Annal. l. 1. p. 5.* id testatur. Altius radices egit error ille, Rolandum Caroli sororis filium fuisse, illiusq; statuam, quæ passim per urbes erecta cernitur, libertatis signum esse, quæ solidè refutat Vir plurimæ lectionis, multisquè scriptis utilissimis optimè meritus *JOHANNES GRYPHIANDER* JC. eruditissimo tractatu Historico Juridico de *Weichbildis Saxonicis, sive Colos-*
71. (707) *sis Rulandinis, urbium quarundam Saxonicarum*; In quo *vetustus Judiciorum saxonicorum ritus, leges, Magistratus, mores, habitus, lingua, aliaq; Antiquitates Saxonicæ illustrantur, simulq; fabulosa Caroli M. Cæsaris & Rulandi militis historia ad libram Veritatis expenditur. Argentor.* 1666. 4. Coronidis loco Auctoribus hisce qui de Carolo M. aut Rulando egerunt, subjiciamus Codices duos quorum Dn. *LAMBECIUS* qui de illis aliàs prolixius acturum se promisit, mentionem fecit, *l. 2. c. 5. p.*
72. (708) 38. nim. inter MSS. Codd. Bibl. Cæsareæ *268.* & *327.* qui unum idemquè Poëma continent *de rebus gestis Caroli M. & Rulandi, antiquis rythmis germanicis, quorum Auctor vel potius Instaurator seu Renovator ipse se STRICHERUM appellat, compositum, & hactenus nondum editum*; Speciminis instar principium ejus & finis exhibentur, *loco, cit. p. 385. — 399.*

II.
LUDOVICUS PIUS.

QVæ Romæ Vrbis, Imperiiquè Romani modo adolescentis fata fuêre, ut post Romulum, qui virtute suâ atq; prudentia Remp. ordinaverat, Numa religione & sacris imbuèret, & quasi inviolabilem redderet, eadem fere reflorescentis Germaniæ, surgentisq; in eâ Occidentis Imperii Romani fortuna mihi videtur, dum post Carolum, qui fortitudine suâ & prudentiâ planè singulari, Magni adeptus fuerat cognomen, successorem accepit, tanto Religionis amore inclytum, ut PII cognomento præ reliquis, & gradu, ut ajunt, excellentiori salutaretur, egregio sane Imperii commodo, ut quæ gentes armis aggregatæ essent, eorundem sacrorum communione felicius adolescerent. Paucis igitur de ipsius Vitâ præfati, qui ad eam fusius illustrandam facere queant, Auctores alios & monumenta adducamus, Solus hic è Caroli M. filiis superstes, Patri successit, tam in Imperio, quam in cæteris regnis. Imperator consecratur Aquisgrani à Stephano IV. Pontif. Ro. 4. Cal. Novembr. An. 816. Ante Imperium res magnas gessit, præcipuè contra Saracenos in Hispaniâ: in Imperio Dacicum bellum confecit, Bernardum fratruelem in Italiâ res novas molientem capitali pœnâ affecit; Mormanum Britonum Præfectum, qui se per seditionem Regem appellarat, justâ acie victum interfecit: In odium venit apud Imperii Proceres, cum quod aliis videretur justò rigidior in vindicandis necessariorum criminibus, aut quod uxori Judithæ obsequiosus nimis, plura ex ipsius consilio statueret, adeo ut & filii arma sumerent, qui privignæ blanditiis circumventos se palam quererentur. Unde & detestandum inter eos bellum exarsit, instigantibus nonnullis, quos pacis potius conciliatores fuisse decuisset: A filiis ergo insidiosè captus, imperiumq; ejurare coactus in Monasterium tandem S. Medardi

Medardi Svessione detrusus est. Optimo tamen quovis hoc ægrè ferente, pristinæ
restitutus dignitati, non multò post, Imperio regnisq; inter filios distributis Mo-
guntiæ decessit, 12. Cal. Jul. Anno 840. sepultus in urbe Mediomatricum, propè
matrem Hildegardin. Obitum ejus antecessit Cometa, solisquè deliquium: Fu-
it cum Imperio Ann. 26. m. 4. d. 24.

Prolixius Christianissimi hujus Imperatoris Res gestas ipso adhuc superstite,
descripsit THEGANUS, Trevirensis Chrorepiscopus, quem primus edidit P. PI-
THOEUS, *Annalium & Historiæ Francorum p. 295.* Hunc libellum WALAFRIDUS
STRABO, in partes secuit 58. ac singulis caput suum vel argumentum præfixit, te-
ste brevi ipsius Præfatione additâ, unde & cognoscere facile est, *Theganum hunc
fuisse St[?]avoni cognitum, genere nobilem, ingenio acrem & vehementem, amantem Ju-
stitiæ & Imperatoris sui, quod ipsum sæpius Zelum, ut altius proveheretur incenderit,
doloremq; ejus exaggeraverit: multæ lectionis, sed docendâ regendâq; suâ Ecclesiâ ad-
modum districtum, verè mages quam eleganter scripsisse,* Substitit autem anno Im-
perii ipsius non vicesimo tertio, ut perperam expressit PITHOEUS & ex ipso do- 73. (709)
ctissimus VOSSIVS, sed uti Ill. Dn. LAMBECIUS ex Codice membranaceo MS.
histor. lat. 316. demonstrat vigesimo secundo, & ex eodem Codice appendicem,
duorum annorum, qui apud PITHOEUM desiderantur, adjecit, quæ videri potest
publicata *l. 2. Comm. de Bibl. Cæs. c. 5. n. 31. p. 391. 392.*

Alter itidem est ætatis cum Ludovico ejusdem, qui pariter literis Imperatoris
hujus Vitam, sed paulò fusius consignavit, quem etiam exhibet P. PITHOEUS, in- 74. (701)
ter dictos modo *Auctores Historiæ Francicæ* a p. 536. ad 426. Nomen quidem ipsi-
us ignoratur, sed ætas scriptoris diserte satis cognoscitur, quod, ut ipse refert pag.
Edit. Pithæanæ 414. cum Anno 836. dirum semper & triste portentum, Cometes
apparuerit, Imperator accitum quendam, itemquè se qui hæc scripsit, & qui hujus
rei scientiam habere crederetur, percontari studuerit, quid super eâ re ipsi videre-
tur, Hic extrema etiam Ludovici, mortemq; ejus, quæ THEGANUS non fecerat,
exponit:

Non possum non hic facere mentionem Auctoris alius, licet adhuc inediti, 75. (711)
cujus tamen publicationem non uno in loco promisit sæpius laudatus Dn. LAM-
BECIUS, Is est ERMOLDUS NIGELLUS, Exul. qui Poë[?]a elegiacum *de rebus ge-
stis Ludov. Pii, in quatuor divisum libros* composuit sine dubio, ut exilii sui impetra-
ret remissionem. Libri ejus, inter MSS. histor. lat. 249 scriptura, Eodem teste, per-
antiqua est, & ceteris temporum Caroli M. & Ludovici Pii MSS. simillima, ut vel
ipse ille Codex, authenticus & Ludovico Pio oblatus, vel saltem eodem ævo ex illo
descriptus videri possit. Meminit ejus ante plures abhinc annos JOH. JAC. FRI-
SIUS, in *Bibliotheca Gesneriana auctius à se edita,* & quod apud Wolffg. Lazium,
Wiennæ exititerit. In antecessum, ut ex ungve Leo facile cognosci possit, Poëma-
tis illius principium & finem præmisit, ornamento Germaniæ promovendo dedis-
simus Dn. LAMBECIUS, *l. 2. Comm. de Bibl. Cæs. c. 5. p. 359. usq; 362.*

Sed & nonnulla etiam Zeli adversus religionem, quo Pii titulum meruit, mo-
numenta afferamus: Notum satis est, in more ipsi atq; consvetudine positum fuisse,
ut quotannis Conventum de Rebus tum publicis tum Ecclesiasticis celebrare con-
sveverit, pro re nata scil. cujusquè regionis atq; provinciæ. Tale fuit *Aquisgra-
nense Concilium* Anno 819. ab ipso celebratum, teste ADELMO BENEDICTINO,
qui ipsi Concilio interfuisse videtur, hic verbis: *Conventus Aquisgrani Anno 819.
post Natalem Domini habitus, in quo multa de statu Ecclesiarum & Monasteriorum,
tractata, atq; ordinata sunt, Legibus etiam capitula quædam necessaria, quæ deerant con-
scripta atq; addita sunt.* Paria fere habet *Anonymus* ille apud *Pithœum*: p. 373.
Specimen ejusmodi capitulorum esse poterit *Ludov. Pij Imper. Aug. Epistola ad Ar-
nonem Salis burgensem Archiepiscopum ex Concilio Aquisgran.* apud GOLDASTUM,
Part. I. Const. Imp. pag. 12. Item *Ejusd. Constitutio de rebus S. Petro donatis & resti-
tutis, & Electione Rom. Pontif.* apud eundem GOLDASTUM, *parte 2. p. 11.* nec non
& *Ludovici & Lotharij Filij Imperatorum Augg. Capitula de Percussoribus Clericorum,
cum insertâ synodo Triburiensi Anno Dom. 820. celebratâ,* It. *Statuta apud Theodonis
Villam in Comitiis Imperialibus A. D. 821. promulgata, apud Eundem: p. 13.*

Non

Non tamen acquievit hic Imperator, legum fuisse tantum Auctorem, sed ipse etiam, quantum facto Christianorum egenorum necessitatibus succurrere, remque sacram promovere promtus fuerit declaravit Præceptis duobus: uno *Remissionis seu Concessionis, quod fecit Hispanis, qui ad se confugerant, propter persecutionem Saracenorum*, Altero *concessionis, quod fecit Hispanis Colonis Contra oppressiones Comitum*; quæ ex Archivis Metropolitanæ Ecclesiæ Narbonensis, primo edidit PI-
76. (712) THOEUS, p. 427. & ex eo GOLDASTUS, *d. parte 2. p. 9. 10.*

Quæ vero plerosq; probos premunt persecutiones Ipse etiam Imperator noster est expertus, dum, ut in ejus Vitâ dictum â Filiis regno est exutus. *Exauctorationis illius sententiam seu Edictum, pariter publicavit* PITHOEUS, p. 321. & GOLDASTUS. p. 16. Tandemquè, ceu alter Davides regno restitutus, turbarum vel satietate captus, vel ætate fractus Anno Ch. 837. divisionem Regnorum suorum
77. (713) fecit inter Filios; de quo *Præcepto*, uti *PITHOEUS* appellat, vide Eundem pag. 330. vel *Constitutione de Pace publicâ, & divisione regni faciendâ inter Filios*, apud *GOLDASTUM*, p. 19. Agmen scriptorum & monumentorum Imper. hujus gloriosissimi claudat Auctor germanus, qui plurimum operæ collocavit in indagandis Ger-
78. (714) maniæ rebus, *JOHANNES LETZNERUS* scil. qui Hildeshemii Anno 1604. 4. edidit **Chronicka/ und Historische Beschreibung des Lebens / der Händel und Thaten/ des Allergroßmächtigsten/und hocherleuchten andern deutschen Röm Käyser Ludovici Pii, Und wie derselbe in Sachsen das weitberühmte Käyserl. Stifft Corvey/ zu Beförderung der Ehre Gottes gestifftet/gebauet/und reichlich begütert.**

III. LOTHARIUS I.

Hic Ludovicii Pii, maximus natu ex Hermingardâ Filius, vivo Patre, præter Italiæ Regnum, Galliam Narbonensem & Imperium assecutus est: Carolo Gallia omnis cum Mosâ, Ludovico Germania cessit. Sed defuncto Patre ea fratrum concordia simul expiravit, tantisq; copiis animisq; adeo infestis ad Fontanieum Altissiodorensis agri vicum concursum est, ut cæsis ex utraq; parte multis millibus Imperii vires tantum non convulsæ & tota nobilitas Francica fere perierit. Cumquè reparato bello iterum infeliciter pugnatum esset, & tertium res parum â cruento prælio distaret, in has tandem pacis conditiones conventum, ut Carolus Rex Franciæ, cum Ludovicus Rex Germaniæ diceretur, omnemquè Germaniam ad Rheni usq; fluenta possideret, Lotharius vero Galliam Belgicam, Regnum Provinciæ, & eam terræ portionem, quæ ab eo Lotharingiæ nomen tulit, acciperet, cum jam Italiam possideret: Natu ergo jam grandis, hereditarium veritus Filiorum suorum dissidium postquam sua inter illos regna divisisset, relictâ Rerum humanarum curâ Monachum in Prumiensi Cœnobio induit, ubi An. 855. ultimum diem clausit:

79. (715) Peculiaria de hoc Imperatore monumenta historica produci nulla possunt, præter unius NITHARDI, qui iisdem temporibus superstes, exitialem fere fratrum dissensionem libris IV. â temporibus Ludovicii Pii, usq; ad annum DCCCXLIII. descripsit: Nobilissimus is Auctor fuit genere, quippe Angilberti Filius & Caroli M. ex Berthâ Filiâ nepos, uti de se *libro 4. p. m.* 485. 486. memorat. Misit hoc opus ad alterutrum Lotharii hujus fratrem, sive Ludovicus Germaniæ Rex iste fuerit, seu Carolus Calvus, Rex tunc temporis Neustriæ, uti ex principio lib. 2. constat, quo minus de veritate hujus historiæ dubitandum: Edidit eum inter alios horum temporum Scriptores P. PITHOEUS, p. 433. usquè p. 489.

IV. LU-

IV.

LUDOVICUS JUNIOR.

LOtharii Imperatoris ex Irmengarde Filius primogenitus, à Patre ad Imperii consortium ascitus, & Romæ à Sergio Pont. M. coronatus est: Princeps per humanus, pius & justus, candidâ simplicitate, Pupillorum, & Orphanorum Tutor singularis. Literis tam divinis quam humanis satis instructus, consilioq; promtus. Contra Saracenos, qui ex Africâ trajecerant, Italiamquè cædibus, incendiis & rapinis fœdè depopulabantur, fortiter & feliciter pugnavit: Adalgisi Ducis, cui Beneventi defensionem commiserat insidiis petitus, auctore fugâ dilapso, de reliquis conjurationis sociis supplicium sumsit. Plurimum temporis vitæ suæ in Italiâ transegit, & Mediolani, cum annos 19. Imperio præfuisset, decessit, An. Dn. *875.* sepultus in Ecclesiâ S. Ambrosii, cum insigni elogio, quod legitur apud OCTAVIUM de STRADA: p. 376. & P. PITHOEUM, p. 524.

Humanitatis ejus & pietatis quamvis multa illustria sunt facta, pauca tamen hic referam: Inter sibi maximè necessarios discordiæ semina spargebantur, occasione Provinciæ atquè Burgundiæ Regni, quod Caroli Regis morte fratribus Ludovico Imperatori & Lothario Regi videbatur accrevisse, contra jus vindicante sibi Carolo Calvo, de quo latè consulendus *Rhegino Prumiensis Anno* 858. Ludovicus rem amicè Confluentiæ composuit, & ut firma posthac esset tranquillitas, mutuâ jurisjurandi religione firmavit, teste *Strabone Fuldensi Ann. Franc.* Anno *860.* & *Hermanno Contracto ad eundem annum*: Imò locupletissima est *Constitutio, de Pace Confluentanâ sub Ludov. Jun. Imp. Aug.* quam exhibet GOLDASTVS, *p.* 1. *Constit. p.* 14. ut & *Ejusdem Rescriptum ad Nicol. Pontif. M. de Pace Confluentanâ & ut ejus fractores, Ecclesiasticâ Censurâ distringantur.* ap. eund. parte 2. p. 25. 26.

Quantum autem justitiæ & disciplinæ ecclesiasticæ studiosus fuerit, probant satis Ejusdem Imperatoris capitula, statuta in Conventû Imperiali Ticinensi A. D. 554, quæ videri possunt apud HENR. CANISIUM. JC. Ant. Lect. tomo 5. part. 2. 80. (716)
p. 685. apud GOLDASTUM, *part. 2. Constit.* p. 20. &. cum *synodo Ticinensi* apud SEVERINUM BINNIUM Concil. To. III. parte I.

Uti autem Imperii salutem armis strenè contra Saracenorum irruptionem defendit: Ita non minus acriter calamo ejus ornamentum adversus Basilium Imperatorem Constantinopolitanum asseruit: Ludovicus enim cum Romæ Imperii coronam accepit, indequè discedens Beneventum rediit, obviam habuit Basilii legatum *Johannem Patricium*, cum literis, quibus eum Imper. Const. increpabat, quod nomen usurparet Imperatoris: Jam enim ante annum è literis Hadriani Pontif. Romani per legatos Constantinopolin allatis IMPERATORIS nomen Ludovico jam tributum abradi jusserat Basilius. Hinc ea odii & irarum materies, quæ adeo auxêre, ut legatos ad Ludovicum mitteret, literis instructos minacibus, nisi abstineret à Basilei nomine. His acceptis Ludovicus ad eundem Basilium Autprandum Legatum mittit, gravi satis verâquè instructum Epistolâ Apologeticâ, quæ Græci fastum retunderet. Legitur ea apud GOLDASTVM. part. 1. Const. p. 17.

V.

CAROLUS cognomento CALVUS.

LUdovici Pii Imp. ex Judithâ conjugum alterâ Filius, ac Ludovici II. Imp. Patruus, cum jam annis 36. Regnum occidentalis Franciæ tenuisset, & cum Britonibus ac Normannis vario Marte pugnasset, de morte Ludovici Imp. certior factus, citatis itineribus Alpes transcendit, Romamq; cum accessit à Johanne Pontifice corona Imperii insignitus est. Anno *876.* Mox in Saracenos movens, facile conatus eorum oppressit: Ex Galliâ rursus Italiam repetens, regna quæ Lotharii Junioris erant, numeroso exercitu contracto in ditionem Francici Imperii redigere cupiebat. Adversus quem Ludovici Germanici Filii profecti prope Veronam

justo eum prælio devicerunt & in fugam egerunt. Decessit paulò post Mantuæ, curis sine dubio fractus, nec sine suspicione veneni propinati à Sedechiâ Judæo Medico, quem familiarius diligebat: postquam regnasset Annos 36. imperasset biennium.

81. (717) De hoc videri possunt, Gesta, qualiter Dominus Karolus, Ludov. Filius Imperator fuit factus tempore Johannis Apostolici, Anno Incarnationis Domini 876. Indictione 10. ap. P. PITHOEVM, p. 498. quæ ex MS. Cod. FRIDERICI LINDENBROGII auctiora & emendatiora rursus edidit *GOLDASTUS*, part. 2. Constit. p. 31. Item Sacramentum fidelitatis quod juraverunt omnes Franci Missis Domini Caroli Regis secundum capitula facta apud Attiniacum, Anno Incarn. Dom. 854. m. Jun. apud eund. *PITHOEUM* p. 508.

82. (718) Caroli autem Calvi hujus, ut & Caroli M. & Ludovici Pii ab *ANSEGISO*, Anno Imperii Ludov. XIII collectas Leges & Constitutiones, & trium librorum adjectione auctas à *BENEDICTO LEVITA*, Item quatuor adhuc Ludovici Pii Additiones, & pauculos Pipino Rege conditos Canones, primus typis publicari fecit *PETRUS PITHEOUS* JCtus doctissimus, Anno superioris seculi octogesimo octavo, cujus Editionem secutus *FRID. LINDENBROGIUS*, suo eas Codici Legum Antiquarum inseruit, teste Dn. *CONRINGIO*, lib. de Orig. Juris German. c. 15. p. 74.

VI.
LUDOVICUS III. BALBUS.

CAroli Calvi ex Hermintrude Filius, quod impeditoris lingvæ esset, Balbi cognomen sortitus, Princeps naturæ mitioris, Justitiæ, pacis & pietatis amator insignis: Hunc defuncto Patre, Imperii titulo Joh. VIII. Pont. M. præter multorum Principum voluntatem, qui Carolo III. favebant, ornavit, & Imperiali etiam diademate Anno 871. coronavit: Vix biennio imperio præfuit, adversâ valetudine semper usus, donec Compendii paucis diebus decumbens decessit Anno 879. Hujus Imperatoris temporibus illustrandis, lucis nonnihil afferre poterit *Fragmentum Historiæ Franciæ, à Ludovico Balbo, qui à quibusdam illustris, ab aliis nihili dictus est ad Hugonem Regem, ex vetustâ membranâ Floriac. Cœnobij* apud sæpius laudatum
83. (719) P. PITHOEUM, p. 510. Itemquè aliud *Fragmentum Aquitanicæ Historiæ ex pervetustâ schedâ Lemovicensi, à morte Caroli Calvi ad Hugonem Regem*, apud eund. p. 517.

VIII.
CAROLUS III. CRASSUS.

A Corporis habitudine cognomen sortitus, Princeps christianissimus, totusq; Religioni deditus, Dei arbitrio omnes suas actiones committens, Francorum regna omnia, quæ Majores ipsius, non sine ingenti sangvinis effusione obtinuerunt, brevi sine conflictu assecutus est; A Patre enim Ludovico Germanico Rhætias, Sveviam, Alsatiam superiorem, Lotharingiam, à Carolomanno fratre Italiam, à Ludovico altero fratre Germaniam hereditario jure accepit, tandem etiam Proceribus Romanis adjuvantibus Imperio est potitus. Milite collecto in Italiam profectus, Saracenos omnia ferro igneque diripientes, feliciter rejecit, quibus pulsis Italiei regni ab Archiepiscopo Mediolanensi, Augustalia vero insignia Romæ à Johanne VIII. Pontifice sumsit. A Franciæ exinde Proceribus contra Normannorum incursiones evocatus, Galliæ suscepit patrocinium hostiumquè furori obviam profectus magna eos clade affecit; & ut à vexandâ Galliâ imposterum abstinerent, fœdere cum illis icto Neustriam, trans Sequanam fluvium, quæ ex eo tempore dicta est Normannia, illis concessit. Ob has indignas cum hoste pactiones, in odium suorum & contemtum incidit, adeo ut morbo fractus, non solum corporis, sed etiam animi vigorem amitteret: Unde postea, cum tantis rebus impar censeretur, Imperio, omnibusq; regnis exutus, eò egestatis redactus est, ut

ut vix alimenta suppeterent, tolerandæ Vitæ, quæ supplex ab Arnolpho successore, ex reditibus quibusdam impetraverat. Mœrore ergo consumtus in ignobili Sveviæ pago Nidingâ An. Chr. 888. obiit, in Augiensi Monasterio, vulgo Reichenau sepultus. Insigne sane miseriæ humanæ variantisquè Fortunæ exemplum, quæ complura in ipsum contulisse ideo videtur, ut pluribus eum exuere rursus posset. Non tamen omnia à Fortunâ ita eversa sunt, ut non Prudentiæ ipsius superstes adhuc sit non leve monumentum. Habemus enim adhuc *Constitutionem* Ipsius de *Feudis*, cujus Editionem, & doctissimum ad eam Commentarium debemus Viro de Germaniâ præ cæteris egregiè merito MARQVARDO FREHERO: Prodiit una cum *Gvilhelmi Fornerij* & *Antonij Contij* Tractatibus de Feudis. *Hanoviæ* 1599. 8.

IX.
ARNULPHUS.

MArchio Styriæ ac Carinthiæ, Bojorumquè Regulus, Carolo Crasso Imperatoriâ dignitate privato suffectus est; Princeps cumprimis strenuus, infractiq; animi heros fuit: Normannos Lotharingiam depopulantes, cruento prælio fudit, & pene ad internecionem delevit, cæsis duobus eorum Regibus Godefrido & Sigefrido. Moravos aliquoties rebellantes, auxilio quidem Hungarorum, sed Germaniæ postea perniciosissimo multis cladibus attrivit, & ad obsequium redire coëgit. Evocatus à Berengario in Italiam, Veronâ cum aliis Urbibus deditione captâ, expugnatoq; Bergamo, Gvidonem, qui se pro Imperatore gerebat, totâ exclusit Longobardiâ, & pulso fugatoquè Tyranno totam Italiam à supero ad inferum mare percurrens, cuncta in deditionem coëgit. Rediturus deniquè in Germaniam, ex itinere Romam evocatus à Formoso Papâ, per seditionem Pontificatu excusso, vinculis eum cum exemit, tum pristinæ dignitati restituit. Inde in Lambertum Gvidonis filium movens, cum Spoleto expugnato, Camerinum obsidione cinxisset, venenum, quod à Cubiculario suo ab Angeltruda Gvidonis viduâ corrupto propinatum erat, hausit, confestimquè asperrimo capitis dolore excruciatus & paralysi correptus, æger ad Germaniam est relatus, accedente insuper phtiriasi, vermibus è corpore undiquè prorumpentibus, mortuus est Oetingæ 3. Cal. Decembr. Anno 899. Juramentum quod ei à Romanis in ipsis Inaugurationis solennibus præstitum fuit, refert GOLDASTUS in Constit. part. II. p. 41. ex Ann. Fuldensibus M. FREHERI, quod itid. legitur apud C. SIGONIUM, de Regno Italiæ l. 6. p. m. 143.

X.
LUDOVICUS IV.

ARnulphi F. septimum ætatis annum agens, Forchemii à Germaniæ Proceribus ad Imperii fastigium est evectus; Id aliquandiu testibus Historicorum nonnullis, Tutoribus Hattone Archiepiscopo Moguntino, & Othone Saxone administravit. Cum vero per ætatem ad res gerendas nondum esset idoneus, multorum etiam intestinorum be lorum causam fuisse Imperatoris pueritiam admodum est verosimile. Cum Hungaris, qui spretâ Ejus juventâ Bajoariæ limites, fœde depopulabantur, continuo dierum trium prælio ad Danubium prope Arnsburgum infeliciter pugnans, florentissimam Germanicæ nobilitatis partem amisit, pacem ab hoste victore multo auro redimere coactus, quæ res & causa mortis ipsi extitit. Mœrore namquè Ratisbonæ decessit 12. Cal. Febr. Anno Chr. 912. ætat. 18. ibid. in æde S. Hemerani sepultus; cum quo simul Caroli M. prosapiæ gloria, & Imperatoria in Illustrissima illa stirpe dignitatis defecit. De hoc qui plura nosse desideret LUITBRANDUM, SIGEBERTUM, MUTIUM, OTHONEM FRISINGENSEM aliosquè supra nobis laudatos adire poterit, cum neminem hic testem peculiarem nominare possimus.

X.

CONRADUS I.

INfelicissima sane, ut *Platina* ait in *vitâ Formosi* p. m. 144. tempora fuerunt hæc, tum propter simultates & intestinas in Imperii terris factiones, tum hostiles Saracenorum Ungarorumq; incursiones, qui miserè istud lacerabant, tum propter maximam doctorum hominum paucitatem, cum Conradus Franconiæ & Hassiæ Dux, Imperii fasces, quas Otho Saxoniæ Angariæ & Westphaliæ D. confectus jam senio recusaverat, suscepit, Aquisgrani ab Hattone Archiep. Moguntino coronatus. Princeps egregius prudentiâ & manu æque validus aliisquè virtutibus insignis Potentissimorum Germaniæ Ducum alienum à se animum sine cædibus flexit, eorumquè sibi studia conciliavit: Hungarorum violentas irruptiones aliquoties strenuè repulit, finesquè suos, non sine dedecore & damno repetere hostes coëgit. Morbo correptus, cum lethalem sibi eum fore animadverteret, convocatis Imperii Principibus, dignissimum successorem Henricum Saxoniæ Ducem opibus pariter & virtutibus Principem florentissimum nominavit, omniaquè Imperii ornamenta per fratrem ipsi transmisit, laudatissimus hac in parte Imperator, quod Imperii saluti etiam post fata, nulla partium ratione habitâ, sapientissimè consultum iverit. Mortus est Qvedlinburg:, & in Cænobio Fuldensi sepultus Anno Dom. 919. Videri de hoc pluribus possunt LUITPRANDUS, REGINO PRUMIENSIS, SIGEBERTUS GEMBL. BONFINIUS, *Histor. Ung. Dec. 1. l. 10. & alij.*

XI.

HENRICUS I. AUCEPS.

LÆtiorse jam ostendit Imperii Romani facies, moderationem ejus suscipiente Henrico, Duce Saxoniæ, Angariæ & Westphaliæ, Thuringiæ, Brunsvigæ & Lüneburgi Dynastâ; qui ab Aucupij studio, quo impensius delectabatur, *Aucupis* nomen traxit. Hic singulari diligentiâ, moderatione, & prudentia omnium de se conceptam opinionem non modo sustinuit, sed in dies famam egregiè auxit.

Ante Imperium militiæ & exercitus contra Dalmatas ductor, vires eorum ita attrivit, ut vix respirare potuerint. In Imperio Burchardum Alemanniæ & Arnulphum, cognom. Malum, Bajoriæ Duces, res novas molientes coërcuit, illum vi & armis, hunc gravi oratione. Slavos multis præliis fregit, Brandenburgum, Heneti belli arcem, ferro & igne expugnavit. Henetos & Sorabos Imperio subjecit. Ungaros gentilium Deorum cultores, qui validissimo cum exercitu Germaniam torrentis ad instar inundaverant, ingenti clade confecit, septem tantummodo servatis, quos manibus auribus naribusquè truncatos, Ungariæ ad confinia, cladis nuncios reduci est passus. Ita pacatâ Germaniâ, Pater Patriæ, Pacis conditor, Rerumquè Dominus ab universo exercitu audiit, Quin & pacis quoquè artibus claruit, Urbes Germanica multas condidit, aut iis condendis ansam & rationem dedit. Nobilitatem Germanicam per equestres ludos ad Martis feria formavit, & ornamento honestatiquè servandæ leges præscripsit saluberrimas. Iter tandem in Italiam meditans, apoplexiâ correptus magno subditorum omnium luctu decessit in castello Saxonico Himmeluna Anno Dom. 936. sexagenarius, cum Imperio felicissimè præfuisset Annos 16. cum semestri. Quedlinburgi in Basilicâ D. Petri sepultus. Imperator sine dubio egregius, & cum optimis quibusquè comparandus.

Serenissimus hic Imperator maximarum suarum laudum Illustrem accepit
85. (721) Præconem, ERNESTUM, Comitem & Dominum in Mansfeld, &c. qui eas complexus est eleganti *oratione, quæ cum aliis Ejusdem Jenæ, cum Rectorem ibi ageret, recitatis in publicum prodiit Francofurti Anno* 1581. 4.

Literas hujus Imperatoris, Verbis uti hic hic placet ordinis dignitate, nec minus Eruditione singulari Excellentissimi *Bernhardi à Mallinkrot, de Archicancella-*

riis

ris S. R. I. p. 25. & 26. edidit inter *Othonis Filij diplomata, cum Witikindo Saxone & Roswithâ*, HENRICUS MEIBOMIUS, *Lemgoviensis, Prof. quondam Histor. Helmst. p. 116.* 86. (22.)

Quæ de *legibus & exercitiis bastiludialibus* paulò superius dicta sunt, præter RUXNERUM & MUNSTERUM *parte primâ num. 336. laudatos*, exhibet eas etiam FRANCISCUS MODIUS, *in Pandectis triumphalibus*, dicti *Ruxneri Interpres*, & post eos GOLDASTUS, *Constit. Imp. Tomo 2. p. m. 41.* 87. (723)

XII. OTHO I. MAGNUS.

HIc Patris Augusti testamento in Imperio Successor nominatus, Aquisgrani ab Hildeberto Archiepiscopo Moguntino solenni cerimoniâ inunctus est. Initio Gubernationis admodum duro usus est, armorum undiq; sævientibus procellis, cui tamen fortunæ iniquitati præsenti animo, & strenuè obviam ivit, soloquè Dei auxilio subnixus adversarios omnes armis repressit. A bellis itaque domesticis cum consangvineis & necessariis suis, qui in caput ejus conjuraverant, exorsus, Tanquardum fratrem prælio victum interemit, Arnulphum & Hermannum, Bajoariæ Duces in prælio ad Andernacum oppidum cecidit; Giselbertum Lotharingum in Rheno submersit. Henricum fratrem cognom: Rixosum in fugam conjecit, Ludolphum Filium aliquot annis post eum Conrado Lotharingo genero similiter contra ipsum conjurantes sine prælio fugavit, & intra Urbem Ratisbonam conclusit, hac captâ & disjectis copiis conatus eorum eludens, culpam dein deprecantibus ignovit: Cum Bohemis semper rebellibus quindecim jugiter annos acerrimè conflixit. Hungaros, Saxoniæ tributa imperantes fortiter repulit, eosquè Anno 955. ad Lycum amnem internecione delevit. Hugonem Parisiorum Comitem maximis inhiantem ad pacem rogandam adegit. Belgas & Burgundos, Gallico regno ereptos Imperio adjecit, Haraldum Danorum Regem fidem christianam suscipere compulit, In Italia Berengarium Tyrannum cum Adelberto filio ad obsequium primo retraxit, mox res novas molientes victos captosquè diversos in locos exulatum misit. Romæ Joh. XII. ob vitæ morumq; pravitatem sede Apostolicâ deturbato Leonem VIII suffecit, quem in Pontificiam dignitatem multoties restitutum, cum Romani cives ejicere non desisterent, hac perfidiâ graviter accensus, Urbe captâ Coss. proscripsit. Senatores suspendio multavit, civibus solis pepercit. Græcis qui legatos suos violaverant, Calabriam & Apuliam ademit. Quid plura? Imperio Romano splendorem pristinum restituit, Germaniam, Galliam, Italiam pacavit, Danos, Sorabos, Henetos Bohemos ad societatem Ecclesiæ perduxit. Episcopales Ecclesias plurimas fundavit, utpote Havlbergensem Ann. 946. Altenburgensem 948. Misnensem 958. Brandenburgensem 960. Magdeburgensem, Mersburgensem & Citicensem An. 968. Magdeburgum ipsum condidit, Goslariam Urbem exornavit. His tantis rebus gestis senio gravis decessit Non Maji. Anno 973. cum imperasset annos fere 37. sepultus Magdeburgi in templo cathedrali, Princeps Pietate, Sapientiâ, Justitiâ, Clementiâ, Rerumquè gestarum magnitudine nulli secundus.

Præter complures, qui Res ejus præclarissimè gestas, Posteritati Justis Historiarum voluminibus commendarunt: WITICHINDVS SAXO, (*cujus libri III. Historiarum ab Henrico & Ottone I. Imperatoribus gestarum, unâ cum aliis quibusdam raris, & antehac non lectis diversorum Auctorum historiis ab Anno salutis DCCC. usq; ad præsentem ætatem, quorum Catalogus proximâ paginâ patet, excusi sunt Basileæ, apud Joh. Hervagium Anno M. D. XXXII.*) LUITPRANDUS, SIGONIUS, aliiquè peculiares extant: MARDERVICI à DASSEL Panegirici tres, continentes Vitas & Res gestas trium Invictissimorum Imperatorum, CONSTANTINI, CAROLI & OTTONIS, quibus ob res laudabiliter gestas, MAGNI nomen inditum est: impressæ sunt Anno 1589. 4. 88. (727) 89. (725)

Nec mirum, tantum Imperatorem, qui longè quæ vulgaria sunt antevertit, raram etiam, & quales vix seculis numerantur, invenerit Vatem, quæ laudes ejus
90. (726) excellentissimas deprædicaret. ROSWIDA hæc est, seu, ut aliis audit, HROSWIT, ROSWIT-TA, ROSWITIS aut ROSWIDIS: illustris Gandersheimensis Monasterii Vestalis: Virgo ut genere nobilis, ita pietate & eruditione insignis, nec latino modò carmine pollens, sed etiam græcè docta. Scripsit hæc non jussu minus Imp. Ottonis II. quam Gerbergæ Abbatissæ suæ, heroico carmine *historiam seu Panegyricum de Gestis Ottonis I.* vel ut ipsa semper eum appellat *Oddonis*: aliis etiam scriptis inclyta est, *Carmine* enim expressit *Passionem S. Pelagij Martyris Hispani*, Egit etiam de *laudibus B. Virg. S. Annæ, S. Gangolphi, aliorumq; SS.* Prodiere hæc omnia, cum ejusdem *Comœdiis sex, soluta Oratione scriptis, operâ* CONRADI *CELTIS, primi Germanorum Poëtæ laureati, Norinbergæ sub privilegio sodalitatis Celticæ à Senatu Imperij Rom. impetrato.* Anno 1501. fol. Panegyricum vero Ottonis, cum aliis Rer. Germ. Scriptoribus dedit JUSTVS REUBERVS, sæpius laudato syntagmate. Itemquè MEIBOMIUS, uti Catalogi librorum ab ipso editorum pariter ac edendorum libris ejus affixi testantur.

Quæ ipsum inter & Pontifices Romanos acta sunt, videri possunt apud GOLDASTUM To. I. Constit. *Acta sc. concilij Romani, Præside Ottone I. Imp. Aug. celebr. Anno 963. super depositione Joh. XII Papæ & Electione Leonis VIII. p. 30. It. Leonis VIII. P. R. Bulla pro Othone I. Aug. de Jure & potestate eligendi summum Pontificem, & ordinandi Apostolicam sedem, dignitatemq; Patriciatus, insuper Archiepiscoporum & Episcoporum Investituras, cum Theodorici à Niem, Episcopi Verdensis & Cameracensis Scholiis p. 34. Nec non ejusd. Leonis VIII. Bulla, pro Othone I. Imp. Aug. de restituendis Ro. Imp. omnibus temporalibus, quæ per Rom. Imperatores Ecclesiæ Romanæ prius collatæ fuerunt, cum ejusd. Theodorici à Niem Scholiis. p. 36.*

Bellum ejus cum Græcis quod concernit, exhibet *Epistolam* Magni hujus Imperatoris ad Duces & Præfectos Germaniæ, juxta Capuam in Campania Anno 968. exaratas, Idem GOLDASTUS *d. l.* p. 39.

XIII.

OTHO II.

Septennis à Patre Augusto Imperii Consors creatus & à Pontifice coronatus, prima militiæ tyrocinia Patre adhuc superstite magnâ cum laude fecit in bello contra Saracenos Græcosq; ob violatos legatos, quos totâ pene Calabriâ & Apuliâ ejecit: Imperium cum solus, Patre defuncto, suscepisset, Henricum Bavariæ Ducem Patruelem suum, res novas agitantem armis repressit. Danos rebelles, jugo rursus subjecit: Lothario Francorum Rege Lotharingiam sibi asserente, Galliam fœdis populationibus vastavit, Lotharingiam receptam Germaniæ denuo adjunxit. Cæterum dum revertitur, in Axonæ fl. transitu, gravi à Gallo in commodo est affectus, plerisquè militum fluvii impetu, aliis ferro absumtis. Nec mitiorem postea fortunam contra Græcos & Saracenos, Italiam sibi vindicantes expertus est. Ad Beneventum enim suorum perfidiâ fusus fugatusq;, & ab hostibus captus in mare desiliit, natandoquè divino auxilio emergens, viribus reparatis ad internecionem eos delevit, eorumquè cruore mare tinxit, unde *Pallidæ Mortis Saracenorum & Sangvinarij* nomen accepisse scribitur. Romam inde ex Siciliâ progressus Beneventanos & Romanos perfidos desertores gravissimè est ultus. Romæ Anno 983. ventris profluvio decessit, annos natus triginta, cum Imperium pari cum Patre dexteritate, non vero felicitate eadem administrasset Annos decem, menses septem, sepultus in æde D. Petri.

Imperatoris hujus Res gestas, qui peculiariter descripserit neminem hic laudare possum. Ejus *Constitutio*, quæ simul & Parentis nomen præ se fert, *de Regalibus B. Petri concessis*, lata Anno 962. *legitur apud Goldastum, parte 2. Const. p. 44.*

XIV.

XIV.
OTHO III.

MIrabilia Mundi, seu ob sapientiam rarissimam, seu quod facta ejus sortem humanam egrederentur, appellatus, Patre Romæ defuncto. Imperator salutatus, & Aquisgrani coronatus est: Avitæ paternæquè Virtutis æmulus, cum Germaniæ res compositæ essent, in Italiam, perpetuis motibus concussam arma vertit, summâq; ope nixus est, ut procuratâ ejus quiete, Germaniæ illam adderet, Benedicto Pontifici defuncto successorem dedit Brunonem Saxonem agnatum suum, Gregorium V. dictum, à quo etiam Imperii Insignibus est exornatus. Ubi pedem vix Italia extulerat, accepto de seditione Crescentii nuncio Romam valida cum manu festinatis itineribus advolat, captaquè urbe Crescentium post varia ludibria cum aliis seditionis complicibus suspendit: Johannequè intruso Pontifice submoto, Gregorium restituit, Tertio Italiam ingressus, cum amore caperetur Crescentii viduæ formosissimæ, reditumquè in patriam pararet, venenato chirothecarum simulatæ amicitiæ munere, ab ea (quam sine dubio matrimonii cum Imperatore ineundi spe frustratam esse malé habebat) sibi misso, paulatim debilitatus apud Paternum indignâ morte obiit, Anno Chr. 1001, Ætatis suæ 30. Imperii vero 17. Corpus ejus in Germaniam delatum Aquisgrani ab Henrico II. Successore honorificè conditum est:

Plura de hoc Imperatore laudatissimo qui cognoscere desiderat, præter ejus temporis Historicos adire poterit NICOLAI CISNERI, JC. & Cameræ Imperialis Assessoris, *de Othone III. Imperatore, ejusd. Instituto Consiliorum Imperatoriorum* Orationem: Impr. *Francofurti ad Mœnum* 1570. *Constitutionem Ottonis hujus de Patrimonio Petri*, Commentario eleganti illustravit, quem sæpius laudavimus, MARQVARDUS FREHERUS, *de quo vide GOLDASTUM, Rationali Constitutionum Partis primæ, p.* 39. 91. (727) 92. (728)

Receptissima vulgò est sententia, Imperatorem hunc, consiliante & confirmante, Papa Gregorio V. Collegium Electorale instituisse, ut à nullo, nisi Eminentiss. & Illustriss. Dignitatis splendore insigni Romanorum Imperator eligi possit. Hæc quia multis imposuit, ita & hic ei occurrere operæ pretium duxi. Ne plurium hic Auctoritates cumulemus, instar omnium erit Rerum nostrarum peritissimus CHRISTOPH. LEHMANN/ nunquam satis *laudato Opere Chron. Spirensium, lib* 5. *c.* 17. *a, p.* 406, *adsc.* 416.

XV.
HENRICUS II. seu JUNIOR.

MErito hunc, quamvis complures refragentur *Secundum* appellamus, cum *Henricum Aucupem* jure optimo *Primum* ejus nominis salutemus, Defendamus id verbis PAULI LANGII, *in Chron. Citizensi: Henricus iste Primus, inquit, appellatur ab Historicis Italicis: Ipse tamen semet secundum asserit, ut syngrapha sua quæ Babenbergæ extat clarè indicat, Primus equidem Henricus fuit Pater Othonis M. Hic quia Romæ coronatus non fuit, ab Italis non numeratur, & ita cum Conradis & Lotharüs faciunt. Nostrates autem Historiographi Henricum memoratum Ottonis M. Patrem primum ponunt, quia in Germaniâ strenuè & optimè imperavit, & ita de aliis. Plures equidem ita venirent reijciendi, si sola Imperÿ corona insigniti poni deberent, etiam fortissimi & laudatissimi Cæsares sivè Romanorum Reges. Quod quam absurdum foret & indignum nemo sapiens perpendere nequit Hact. ille*: Aliis vero præterea nominibus est insignis, A vitæ enim integritate *Sanctus*. A luxato vero crure *Claudus* plerumquè appellatur: Hic Henrici Bavariæ Ducis F. Othonis M. Nepos, post Othonem III. sine liberis defunctum ad Imperiale culmen evectus, & Aquis à Willigiso Præsule Moguntino sacro oleo inunctus fuit: Vir pietate & sanctimonia Vitæ celeberrimus, nequè armis ullo Prædecessorum inferior. Res domi forisquè gessit maximas, Principes namquè Imperii Electioni suæ adversantes, superavit:

Branden-

Brandenburgum expugnavit: Henetos ad pristinam Deorum gentilium superstitionem relapsos edomuit: Ecclesias ab iisdem dirutas instauravit: Episcopatum Bambergensem fundavit, & liberalissimè ditavit: Ungarorum Regem, Germaniam bello vexantem procul ab ejus finibus rejecit, & ad fidem Christi cum gente universâ, desponsatâ ipsi sorore suâ Giselâ, perduxit: Arduinum Italiæ Marchionem, & in Imperio æmulum duobus acerrimis præliis victum trucidavit. In quorum altero captus ipse, cum deceptis custodibus elapsus, de muro desiliisset, luxato crure postea claudicasse scribitur. Post hanc palmam Romæ renunciatus Imperator, inde in Græcos pariter & Saracenos movens, eos Apulia & Calabria expulit. Trojam Apuliæ Urbem expugnatam evertit. In Germaniam Victor reversus, post octavum annum Bambergæ beatissimè vitam clausit. A. C. 1024. Ætat. 55. ibidemque sepultus, superstite Conjuge Cunigundâ, cum qua cœlibem perpetuo vitam duxit, eamque jam morti proximus parentibus cognatis & affinibus convocatis illibatam, castam & intactam reddidit & commendavit: Uterq; in album Sanctorum transcripti perpetuo adhuc gaudent *Pietatis* & *Virtutum* præconio.

Prolixius, qui Imperatoris hujus historiam cognoscere gestiat, adire poterit
93.(729.) HENRICI CANISII, *Lect. Antiqq. To. 6. ubi Vitam & res gestas S. Henrici Imperatoris, incerto Auctore ex Membranis Windbergensis in Bavariâ Monasterÿ* (de quo vide WEGULEI HUNDII *Metrop. Salisb. p. 2. p. 488.*) exhibet à p. 381—397.

XVI.

CONRADUS SALIQVUS.

HIc Hermanni Ducis Francorum & Adelheidis Lotharingiæ ex antiquissimo Caroli M. stemmate descendentis filius, post duorum annorum Interregnum, dissentientibus scil. de eligendo Rege Principibus, legitimis tandem suffragiis Imperator creatus, virtute & militari Disciplinâ summum istud honoris fastigium est promeritus. Dissensiones undiquè sub Imperii initium ortas summâ prudentia composuit. Italiam ingressus, ut Principibus, rebus ibi novis studentibus, occurreret, Mediolanum movit, illudq; obsedit, & cum suprema Urbi minaretur, Religione deterritus, à graviori injuriâ abstinuit: Romamq; profectus Coronam Imperii à Joh. Pontifice accepit. Inde Slavos rebelles ad Unionē & pacem redegit. Hungaros deficientes armis ita fregit, ut Stephanum Regem pacem petere coëgerit, ceterosq; omnes Bohemos & Polonos tributis impositis ad officium reduxerit. Rudolphum Burgundiæ Regem suis conciliavit: Leopoldum pacis & otii turbatorem bello petitum compescuit. Subita morte cum Trajecti ad Rhenum Anno Christi 1039. rebus humanis exemtus esset, Justa Ipsi magnificè Spiræ in templo à se fundato sunt facta.

De hoc fortissimo & religiosissimo Imperatore pluribus consulendi sunt
94.(730) FRANCISCUS GVILLIMANNVS, *Consiliarius & Historiographus Cæsareus & Austriacus de verâ Origine & Stemmate Conradi II. Imp. Salici dicti*, Syntagmate impr. *Friburgi* 1609. 4. Fusius autem, qui Ejusdem Imperatoris aulam secutus est WIP-
95. (731) PO Presbyter, qui dissidentibus maximè inter se Historicis, ut coætaneus & spectator rerum gestarum præferendus erit. Hunc teste LEHMANO *Chron. Spir.* l. 5.
96. (732) c. 18. MARINUS, *Francof.* 1601. publicavit, nec non Ipsum inter *Rerum Germanicarum veteres jamprimum publicatos Scriptores* comparere jussit p. 421. JOH. PISTORIVS.

HENRICUS III.

COgnomine NIGER, à Patre adhuc superstite, Imperii consors ascitus, & Romanorum Rex suffragantibus Principibus designatus est: Princeps, ut corporis proceritate, ita & ingenii acumine, reiq; militaris peritiâ insignis, cumprimis vero dignitatis & Eminentiæ Imperialis Vindex acerrimus extitit. In Bohemos enim censum solvere detrectantes copias duxit, Ducemq; Uratislaum victum captumq;

captumquè tributum pendere coëgit. Petrum Regem Hungariæ Aba interfecto
regno reſtituit, Hungariamquè variis motibus concuſſam quietam reddidit. Cun-
radum Bavariæ Ducem Hungarorum armis fultum Ducatu exuit. Male vero cum
res geſſiſſent Duces ſui contra Luſatios Vandalos, ægritudine confectus, Anno
Imperii decimo ſeptimo Ætatis 39. ſalutis 1056. Burdfeldi Saxoniæ opp.
deceſſit. Corpus Spiram delatum, ibidemquè in magnifico templo, cujus ſtru-
cturam ſumtibus maximis abſolverat, comitantibus Victore II. Pontif. M. pluri-
busquè Cardinalibus, tantoq; numero Principibus quali vix antea Imperatorium
funus ductum fuerit conditum Virtutum ejus & facinorum memoriam, præter
HERM. CONTRACTUM, MAR. SCOTUM, TRITHEM. CHRON. HIRSAUG.
SIGEBERTUM, AVENTINUM, PLATINAM, aliosquè, conſervavit, & ad poſte-
ros tranſmiſit, quem modo laudavimus WIPPO *Presbyter, Tetralogo, ſeu Carmine* 97. (733)
in laudem Henrici III. edito ab HENRICO CANISIO. *Ant. Lect.* Tomo II.

HENRICUS IV.

Hic Henrici III. Imperatoris & Agnetis Filius puer pene, Patre vivente Rex cre-
atus eſt. De hoc quid certi aſſerere queas, dubium ſane eſt, adeo in diver-
ſas abeunt partes, qui ejusdem Imperatoris σύγχρονοι de ipſo ſcripſerunt, Non-
nulli enim ipſum facundum, liberalem ingenio acrem, bellicoſum &c. appellant,
utpote qui bis & ſexagies acie commiſsâ pugnaverit, & nunquam fere non ſuperior
diſceſſerit, ut M. Marcelli & C. Julii Cæſaris laureas non modo æquaverit, ſed fa-
cile etiam ſuperaverit; Alii contra illum ſceleribus coopertum arguunt, lubricæ
etiam juventutis, (dum prudentiſſimæ Matris conſiliis per vim privatus eſſet,) er-
rata avidiſſimè in crimen trahentes. Ipſos ergo Auctores potius denominabimus,
quorum ſcripta, rebus hujus Imperatoris illuſtrandis aut dubiis convincendis in-
ſerviant; ut à partium ſtudio alieni liberum cuiquè judicium relinquamus. Ex
his igitur, qui nullâ Pontificiæ offenſæ habitâ ratione maſculè Imperatorem tutati
ſunt, primus erit BENNO Cardinalis *De vitâ & geſtis Hildebrandi*, in quibus doctri- 98. (734)
nam pariter & vitam ejus graviſſimè arguit, omniumquè turbarum cauſam tunc
temporis motarum ad ipſum refert. Vide quæ de eo ſcribat *Voſſius, de hiſtor. lat. l. 2.*
c. 46. Succedant, Auctor *Vitæ Henrici IV.* quem MELCHIOR GOLDASTUS, 99. (735)
Otbertum Epiſcopum Leodienſem eſſe autumat, *in Diſſertatione de Auctoribus* p. 34.
Hic prolixâ oratione Henrico defuncto parentavit, laudesquè ejus percenſuit.
Auctor item *Hiſtoriæ de bello Saxonico*, metro conſcriptæ: qui ad finem usquè An- 100. (736)
ni 1075. pervenit, quo Principes Saxoniæ ſe Imperatoris poteſtati permiſerunt:
Nec minus ſtrenuè Henrici IV. Imperatoris partes defendit WALTHRAMUS Epi- 101. (737)
ſcopus Numburgenſis, cujus *Epiſtola* extat ad Ludovicum Landgravium Thuringiæ
pro Imperatore ſcripta, Item prolixa pro Eodem *Apologia*, quam GOLDASTUS in
tres libros diſpeſcuit: Et tandem Tractatus de *Inveſtiturâ*, in quo ex Hiſtoriis, con-
ſvetudinibus & rationibus probat, jure ac merito Inveſtituras Epiſcopatuum ad
Principes & Reges pertinere, ſub quorum Dominio Epiſcopatus fuerint. Contra
Walthramum hunc Gregorii VII. partes tuendas ſuſcepit STEPHANUS ſeu HER- 102. (738)
RANDUS Epiſcopus Halberſtadenſis, ſcripſitquè Epiſtolam nomine Ludovici
Landgravii ad *Walthramum*, in quâ Imperatorem multorum criminum reum agit:
quod idem de *Walthramo* narrat TRITHEMIUS *Catal. illuſtr. Virorum p.* 135. Eo-
dem tempore VENERICUS VERCELLENSIS Imperatoris cauſam contra Pon-
tificem *libro de unitate Eccleſiæ* (de quo ſuperius *Parte 2. n.* 89. egimus;) tutatus
eſt, validis argumentis aſſerens, Henricum injuſtè ab Hildebrando regno exutum.
His etiam annumerandus erit IVO *Epiſcopus Carnotenſis*, qui Epiſtolâ 65. ad *Hu-* 103. (739)
gonem Archiepiſcopum Lugdunenſem pro Imperatore contra Urbanum II. Anno
1098. ſcriptâ, probat, ubi quis canonicè, ut loqvuntur, electus ſit, Inveſtituram
veram à Principe ſuo vel Rege petere poſſe. Eodem pertinet *Epiſtola* SIGEBERTI
GEMBLACENSIS nomine Leodienſium Anno 1103. (vel anno 1107. ut notat SI-
MON SCHARDIUS in ſuâ Editione) contra Paſchalem II. ſcripta, Hi enim, quod

partes Imperatoris amplecterentur, à Pontif. sacris arcebantur. Instar omnium
104.(740) vero erit Scriptorum ejusmodi collector MELCHIOR HAIMENSFELDIUS GOL-
DASTUS, qui ut Imperatorium fastigium à variis Pontificum, eorumquè asseclarum
machinis defenderet, *Apologiam pro Henrico* VI. edidit, Impr. *Hanoviæ* 1611. *fol.*
Alterius etiam generis Scriptores, qui Gregorio adhærentes causam ejus quibus-
105.(741) cunquè coloribus ornare laborarunt, editi leguntur partim ab eodem MELCHIO-
RE GOLDASTO *in Replicatione pro Imperio contra Gretserum*, Impr. itidem *Hano-
viæ* 1611. *fol.* partim à *Gretsero* modo nominato, *& Sebastiano Tengnagelio*, *in De-
fensione*; Inter *Goldastum* enim & *Gretserum* Hildebrandina hæc controversia ma-
gna animorum contentione, verborumquè acerbitate est agitata. Præcipuos
hic adducere pretium operæ esse putamus: Præter quam quod ipse *Gregorius* lon-
gam Epistolam ad Herimannum Episcopum Metensem de excommunicatione Im-
peratoris, Anno 1078. scripsit, BRUNO etiam libellum *de bello Saxonico* pro Ponti-
fice vulgavit, quem M. FREHERUS To. I. *Scriptorum* edidit, cujusquè etiam Par-
te secundâ, num. 88. mentionem fecimus. Præter hunc LAMBERTUS SCHAF-
NABURG. in *Chronico suo*, ab Anno 1070. usquè ad Elect. Rudolphi Anno 1077.
(eo enim usquè historiam suam perduxit;) narrationem suam ad gratiam Romano-
rum Pontificum accommodat. Vid. parte secunda. n. 75. quæ de eo sint notata.
106.(742) Post ipsum GOTFRIDUS *Abbas Vindocinensis* de ordinatione Episcoporum & inve-
stiturâ Laicorum, pro Pontifice scripsit, quo docere contendit, ejusdem esse investi-
107.(743) re cujus sit consecrare. Deniq; nominandus erit DOMNIZO *Presbyter*, qui vitam
Mathildis consignavit, è quo fragmenta nonnulla à *Baronio* exscripta in *Rationali*
Constitutionum repetit GOLDASTUS, totiusquè operis Editionem urget, utpote
ejusmodi Auctoris, qui multa de sanctitate & morum integritate, Gregorii jacta-
verit, famamq; Henrici, ceu parva ista testantur Specimina, impudenter lacera-
verit. Hic Imperator deniq; variis exagitatus procellis, à Filio Imperio privatus,
Leodium profugit, ibidemq; è vivis excessit, cum regnasset annos 50. post aliquot
tandem annos sepulturæ honore donat. Spiræ, cum in gratiam cum Pontifice
Filius rediit.

HENRICUS V.

HEnrici III. & Berthæ Marchionissæ Filius, Parente imperialibus insignibus privato, ab universis fere Imperii Principibus Moguntiæ Rex electus est. Romam profectus, ut solenni coronationis ritu à Pontifice inauguraretur, maximis in Urbe concitatis tumultibus periisset, nisi sua ipsius manu salutem sibi parasset. Compositis deinde motibus, multisq; Romanorum è medio sublatis, Pontificem ipsum captivum urbe extraxit. Cum ergo de Coronandi & eligendi Pontificem & Episcopos jure ageret Henricus, Paschalis ultrò consensit, ne quis vel Pontifex vel Episcopus citra Cæsarum suffragium designaretur. Inde Romam reversus, à Papa coronâ Imperiali ornatus est, multaq; insignia privilegia accepit; quæ tamen paulo post turpi levitate Pontifex revocavit, Cæsaremq; ipsum anathematis fulmine percussit. Hoc nuncio accepto Imperator Romam advolans, Pontifice in fugam conjecto, alium in ejus locum suffecit, quæ res multarum dissensionum, schismatum, incendiorum, proscriptionum & tumultuum per Imperium causa extitit. Firmatâ tandem pace cum Principibus & Pontifice, Trajecti morbo correpto Anno Imperii 15. periit, Spiræq; majorum sepulcro illatus est, Princeps bellicosissimus, Imperioquè sine dubio dignus, si expectare illud quam Patri extorquere maluisset. Constitutionem Ejus de investituris Ecclesiasticorum vide apud *Goldastum*, *Const. Imper. parte primâ p.* 53. & in *Rationali p.* 58. unâ cum Paschalis *II.* cum Imperatore Conventionibus Pacis Anno 1112. initis, aliisquè.

LOTHA-

LOTHARIUS Junior.

DUx Saxoniæ, Gebhardo Comite Suplimburgi & Hedvvigâ Burggravia Norinbergensi natus, post Henrici Imp. obitum ab Electoribus Imperator creatus est, Vir prudentiâ religione, victoriisq; inclytus, justitiæ mirus cultor & administrator fuit, cujus etiam temporibus, Romanæ leges, quæ diu in tenebris neglectæ delituerant, in lucem rursus sunt productæ. Sub initia Imperii motus contra se concitatos repressit, Fridericus enim & Conradus Duces, Henrici Imperatoris ex sorore nepotes jure ad se Imperium pertinere contendentes, arma contra Lotharium ceperant, quibus tamen D. Bernhardo mediante positis, Cæsari sunt reconciliati. Inde in Italiam profectus ad compescendas turbas contra Innocentem, alio Pontifice electo, Romæ coortas, Papam in Galliis, exulantem reduxit; quò etiam in Germaniâ rebus compositis rursus contendit pulso Rogerio Pseudo pontifice, qui Campaniam & Apuliam invaserat Pontificem ita confirmavit, ut nihil contra ipsum æmuli tentare potuerint. Rediens vero per Tridentinam vallem, Veronæ morbo implicitus, Anno Imperii *XIII.* mortem obiit. Corpus ejus in Saxoniam delatum in Monasterio Luterâ à se constructo est sepultum.

CONRADUS III.

SVeviæ Dux, ab Imperii Principibus Confluentiæ Cæsar salutatus, solemniquè ritu Aquisgrani coronatus, Henricum Lotharii generum, qui Imperium omnibus affectabat viribus, regniq; insignibus à Lotharii sibi traditis superbiebat, Ducatibus suis in Comitiis Goslariensibus exuit, & Saxoniam Alberto Marchioni Brandenburgensi, Bavariam vero Leopoldo Marchioni Austriæ concessit: Gvelfum fratrem Henrici res novas molientem, in arce Winsberga obsedit, tandemquè post insigne fidei conjugalis monumentum in gratiam recepit. Divi Bernhardi consilio cum multis Principibus, numerosissimoquè exercitu contra Saracenos profectus, cum Græcorum fraudibus plurimi milites commeatu gypso calceque corrupto periissent, quarto post expeditionem anno est mortuus. De sepulturæ loco inter Historicos non convenit, dum quidam in Lorchensi cœnobio, alii Bambergæ, alii vero Spiræ conditum esse affirmant: De eo sic canit Diaconus ejus *Gotfridus Viterbiensis.*

Lothario moriente venit Conradus honestus,
Hostibus infestus, sapiens, ad cuncta modestus,
Quem satis Imperium laudat & omne solum.
Consilio Seneca, specie Paris, Hector in armis.

Senatus P. Q. R. *Epistolam ad eundem, quâ Eum ad recipiendam Romanæ Reip. possessionem hortantur,* Itemquè Conradi *hujus Imperatoris Rescriptum ad Joh. Comnenum Imperatorem Constantinop. Ratisbonæ,* Anno 1146. exaratum vide ap. *Goldastum Constit. parte primâ pag. 56. & seq.*

FRIDERICUS I. Ænobarbus sive Barbarossa:

FRiderici Ducis Svevorum Filius, à Conrado Imperii Successor, spreto filio juvene nominatus & ab universis Germaniæ Principibus Francofordiæ electus est, Princeps ingenio manuquè validissimus, potens armis, intrepidus, miræ prorsus comitatis & liberalitatis fuit. Inter Imperii primordia, Bavariam & Austriam multo labore composuit; Henricum cognatum suum Austriacum Comitem creavit, utramquè terram indubitatis limitibus distinxit. Henrico Lotharii filio, cui Bavariæ Ducatum restituerat, cum novas factiones concitaret, Ducatum rursus abstulit & Othoni Witelsbachio concessit: In Italiam profectus, ut discordias tol-

leret, Derthonam portas sibi claudere ausam, cepit, Romamquè ad Hadrianum Pontificem profectus, quarto Imperii anno coronæ Imperialis ornamento est auctus. Inde ex urbe discedens, multorum per Italiam petitus insidiis, in Germaniam reversus, Ducem Poloniæ ad solvendum tributum coëgit, Ducemquè Bohemiæ ad Regiæ dignitatis apicem evexit. In Italiam rursus cum descendisset, Mediolanum urbem sæpius rebellem tandem funditus evertit, soloquè æquavit, defectionis auctoribus securi percussis, bonisquè eorum publicatis. Mox tertio eodem profectus Romam expugnavit, Alexandrum Pontificem, qui cunctos per Angliam Franciam & Hispaniam Principes in se concitaverat, ex urbe profugere coëgit. Quarto Italiam repetens cum Mediolanensibus, ad pristinam perfidiam relapsis prælio congressus, multos ex suis amisit, ipse fugâ elapsus, Papiam venit. Cum vero Alexander Venetias se recepisset, Othoq; Imperatoris Filius navali prælio victus captusq; ut vulgò traditur, esset, in pacis tandem conditiones descensum, & Imperator Papaq; facti sunt amicissimi. Pacatâ itaq; Italiâ expeditionē Hierosolymitanam suscepit; & in Ciliciâ multas potentissimas urbes evertit, magnamq; Saracenorum & Turcarum multitudinem prostravit. Cum verò in Armeniâ æstu sudorequè fatigatus, ut vires repararet, amnem ingressus esset, strenuissimus hic heros, maximo exercitus sui, latè victoris, damno, in undis periit. Anno Imperii 37. Salutis vero 1190. Corpus ejus Tyrum translatum ibidemq; terræ est mandatum:

Plura de hoc gloriosissimo Imperatore qui legere velit adire poterit OTHO-
NIS FRISINGENSIS Episcopi de *gestis Friderici I. Imp. Aug. libros duos*, ap. UR-
108.(744) STISIUM: *Tomo I. Scriptorum pap. 407. & seqq.*
109.(745) Qvibus jungi poterunt RADEVICI, Ecclesiæ Frisingensis Canonici, *de Rebus
gestis Friderici I. Rom. Imperatoris continuata ad Ottonem historia libri duo, diligen-
ter recogniti, multisq; in locis emendati*, Una cum *Appendice vetusti scriptoris ad Ra-*
110.(746) *devicum XI. annorum historiam complectente & quibusdam Epistolis*; apud eundem
URSTISIUM: p. 476. & seqq.
111.(747) Itemquè BURCHARDI, Notarii Imperatoris ad Nicolaum Sigebergensem
Abbatem *de victoriâ Friderici Imperatoris & excidio Mediolanensi Epistola ex MS. pri-
mum edita* à M. FREHERO To. I. p. 258.
112. (748) Nec non & TAGENONIS Decani Patavini, oculati testis, *Descriptio Expedi-
tionis Asiaticæ in Turcas Friderici Imperatoris*, quam exhibet Idem FREHERUS, *in
Appendice Tomi I. fol. 6.*
113. (749) CHRISTIANUS etiam Friderici Barbarossæ Archicancellarius & Archipisco-
pus Moguntinus præter *Epistolas atq; Orationes* reliquit *librum de vitâ & rebus ge-
stis Imperatoris sui*, teste *Vossio de Histor. lat. lib. 2. c. 53. p. m. 406.* Vide de eo &
Reverend. Nobilisq; Dn. BERNH. à MALLINCKROT, *de Archicancell. S. I. Rom. Germ.*
p. 77. De OTHONE SANBLASIANO, qui extrema Friderici hujus com-
plexus est, videri poterunt, quæ notata sunt *parte secundâ*, n. 20, (489) & quæ de
ipso scriptum reliquit modo laudatus Vossius, c. 55. p. m. 416.
Ligatâ vero Oratione laudatissimi hujus Imperatoris Gesta quamplurima
comprehendit, *Othonem & Radevicum*, tanquam Ariadneum filum secutus, GUN-
114.(750) THERUS, Monachus Elnonensis Belga, & Poëtarum sui seculi Princeps, teste jam
nominato à *Mallinkrot*, dicto *tractatu*, Poëmate suo, quod superstite etiamnum
Friderico, per decem libros composuit: *Ligurinum* illud vocat, quia negotium
in primis Ænobarbo fuit cum Urbe Ligurinâ, hoc est Mediolano, cujus Incolas Li-
gures semper appellat. Alitem hunc svavissimum à *Conrado Celte* in Franconiæ
Monasterio repertum, primus cum aliquot aliis nobilibus Augustanis cælum vide-
re, perq; omnes terrarum tractus volitare jussit de re literariâ meritissimus CON-
RADUS PEUTINGERUS, ut princeps Editio testatur: Itemq; JUSTVS REUBE-
RVS Tomo suo Auctorum Rerum Germ. Scholiis vero eundem primus illustravit
JACOBVS SPIEGELIVS, Selestadiensis, Multis vero eum locis, *quinq; editionibus
inter se collatis* restituit, & *luculentis notis, adjectoq; Rerum & Verborum Indice* illu-
stravit, CONRADVS RITTERSHVSIVS, JC. Prodiit *Tubingæ, Anno 1598.* 8.

Quæ inter *Fridericum* hunc Strenuum Imperialis dignitatis defensorem, & *Hadrianum* IV. Pontificem intercesserint, dum Ipse Imperatorem Imperium à Papâ

tenere

tenere constantissimè negaret, *Rescripta* item *Imperatoris & Concilÿ generalis ex Comitiis Papiensibus. An.* 1160. *nec non & Ejusdem Leges Castrenses latas Roncaliis in Conventu Principum Imperÿ A. D.* 1158. *Constitutionemq; de pactis conventionis & conditionibus pacis cum Mediolanensibus facta, anno eodem* cum aliis vide apud GOLDASTUM, *Constit. Imper. parte I. p.* 88. *& seqq. & in Rationali p.* 65. *& seqq.*

Quæ de Imperatore hoc, quod à Papa Alexandro III. Venetiis pedibus ignominiosè calcatus fuerit, vulgò circumferuntur, examinat LEHMANNUS, *Chron. Spir. l.* 5. *c.* 56. *p.* 500. Itemquè GEORGIVS REMUS, *Dissertatione, quâ commentum esse, calcasse collum Imperatoris Friderici Alexandrum III. Pontif. Rom. ostenditur; ed. Norinbergæ* 1625. 4. 115. (751)

Paucis qui Gloriosissimi hujus Cæsaris Gesta laudesquè cognoscere desiderat, MARTINI CRUSII *Orationem de Imperatore Barbarossa* legere poterit, quæ prodiit, *Francof.* 1593. 4. 116. (752)

HENRICUS VI.

FRiderici Barbarossæ Imperatoris & Beatricis Filius, Patre vivente Romanorum Rex designatus, ac Germanorum Principum consensu Aquisgrani coronâ insignitus est. Princeps facundus, bonisq; in literis apprimè eruditus. Matrimonio sibi junxit lectissimam Virginem Constantiam, Rogerii Siciliæ Regis filiam quo matrimonio possessione regnorum Siciliæ, Apuliæ & Calabriæ post fata Wilhelmi, conjugis suæ germani, est beatus. Diadema Imperiale à Celestino Pontifice Romano, non sine læsione Majestatis Imperatoriæ (quam tamen mollire laborat Baronius) unà cum Augustâ Anno 1190. accepit. Tancredum, nothum, qui Siciliæ regnum invaserat, ipsumq; ejus possessione excludere laborabat, bello cum peteret, gliscentibus in Germaniâ motibus domum revocatus, est, quibus tamen sublato Auctore eorum præcipuò, Episcopo Leodiensi, facile compositis, bellum resumsit. Neapolim igitur, urbem munitissimam obsedit, sed irrito primum conatu maximâ exercitus parte peste absumtâ, quam tamen reparatis in Germaniâ copiis Anno 1193. expugnavit, totiusquè Apuliæ Calabriæ & Siciliæ, mortuo Tancredo, est potitus. Arma deinde hortatu Pontificis, in Palæstinam vertit, Conrado Moguntino, Conrado Würceburgensi Episcopis, Ludolpho Austriaco, Hermanno Landgravio Thuringiæ, aliisquè Ducibus, Hi magnâ Saracenorum copiâ profligatâ Berytum, Sidonem aliasq; urbes occupant, majora ausuri, nisi accepto de Imperatoris morte nuncio, exercitu dilapso, domum quisq; rediisset: Henricus enim venationibus indulgens, cum in nemore quodam gelidis fondibus amœno, calorem leniturus humi quietem caperet, ex frigore ægrotare cœpit, Messanamquè translatus paulò post obiit superstiti filio unico Friderico, quem Philippo fratri, cum Regni Siciliæ administratione ac Insignibus Imperialibus commendavit. Anno Imperii sui VIII. Panormi in Cathedrali Ecclesiâ sepultus. *Epistolam* Ejus *ad Prælatos Imperÿ de indicendis militiæ sacræ privilegiis,* scriptam apud Tranum 2. Idus Aprilis, Anno 1195. vide apud GOLDASTUM, *Constit. parte primâ p.* 71.

PHILIPPUS.

SVeviæ Dux Friderici Barbarossæ filius, Henrici VI. Frater, Princeps cum primis mansvetus, facundus & liberalis, à quibusdam Imperii Principibus Mülhusæ Romanorum Imperator, salutatus est, aliis contra, quibus etiam Innocentius III. Pontifex favebat, Othonem Saxoniæ Ducem eligentibus, quæ res funesti per Germaniam belli, maximorumquè tumultuum causa fuit. Philippi partes Gallorum Othonis vero Anglorum Rege foventibus. Alsatiam ergo populatus Philippus, urbes & oppida quamplurima evertit, Argentoratum cepit, & Episcopum ad deditionem coëgit, dein ad Coloniam cum Othone congressus, eum fudit & fugavit, omnesq; Rheni urbes partim armis, partim promissionibus subegit: His itaq; conditionibus bellum compositum, ut Philippus Pontificis ex fratre nepoti filiam desponderet, concesso in dotem Ducatu Spoletano, cum Thusciâ & Marchia

chia Anconitanâ, Othoni vero filiarum alteram Beatricem in matrimonium collocaret, Ita pace undiq; firmatâ, cum Philippus Bambergæ ageret, & quodam die venam incidisset, nihil mali suspicans ab Othone Witelsbachio, qui ut amicus Cæsaris nomine prohibente cubiculum ingressus fuerat, confessus periit Imperii sui Anno nono: Corpus primo Bambergæ sepultum, postea vero à Friderico II. Spiræ in templo S. Mariæ, Majorum tumulo est illatum.:

OTHO IV.

HEnrici Leonis, Bavariæ quondam & Saxoniæ Ducis potentissimi Filius, interfecto Philippo æmulo, rerum facile solus est potitus: Hic magno ex Alemanniæ oppidis coacto exercitu Romam ad suscipiendam coronam Imperatoriam contendit, quâ acceptâ Romæ atrocissimâ læsus injuriâ, oppida Pontificiæ ditionis multa occupavit, omnemquè Italiam ferro flammâq; infestavit: Anathematis ergo fulmine à Pontifice percussus, Principibus etiam sacramenti religione, qua ipsi obligati erant, solutis; cum frustra eos Oratione prudentissimâ conciliare sibi studeret, electo interim Friderico II. Siciliæ Rege, belli fortunam experiri statuit. Fœdere igitur cum Rege Angliæ, & Poloniæ, Flandriæq; Ducibus inito, Friderico, Philippi Galliæ Regis auxilios subnixo, occurrit, ortoq; prælio acerrimo, ad pagum Bovinas Anno 1214. in gentem gladem accepit. Relictus ergò à suis, belliq; sumtibus exhaustus, Imperio sponte renunciavit, Brunsvigæ vitam privatam agens mœrore tandem confectus obiit, anno Imperii quarto salutis vero 1218.

Apologiam pro D. Imp. Cæsare Othone IV. P. F. Aug. P. Patr. contra falsas criminationes & convitia, quibus opt. Principem onerare & insectari non sunt veriti Conradus Abbas Urspergensis, Johannes Cuspinianus, Sebastianus Münsterus, quiq; hos sequuntur recentiores nonnulli, institutam ab HENRICO MEIBOMIO, *inter cætera ejus opuscula historica edidit ejusdem nominis Nepos,* H. MEIBOMIUS, *Helmst.* 1660. 4. *pag.* 325. 117. (753)

FRIDERICUS II.

HEnrici VI. Imperatoris & Constantiæ Reginæ Filius, utriusquè Siciliæ & Hierosolymæ Rex, Dux Sveviæ, Princeps strenuus magnificus & liberalis fuit, variâ doctrinâ multarumq lingvarum peritiâ insignis, latinam enim, græcam, Saracenicam, & Germanicam exactè calluit, libros complures ex Saracenico in latinum idioma transfundi curavit, doctorumquè virorum Fautor extitit egregius, ut sub hoc Imperatore studia refloruisse jure dixeris. Coronam Imperii cum ab Honorio III. acciperet, multa in Ecclesiam dona, ut Pontificis sibi favorem conciliaret contulit: Filium suum Henricum, Principum consilio Romanorum Regem creatum, diademate ornari curavit. A Pontifice dein Gregorio IX. qui Honorio successerat, hoc prætextu, quod votum Hierosolymitanæ peregrinationis non solvisset, anathemate est notatus. Ut autem Pontificis gratiam sibi rursus conciliaret, votiq; se religione exolveret, expeditionem eam, quam diu mente agitaverat, suscepit, trajectoq; mari Cyprum, dein Aceon pervenit, adeoq; faustè rem gessit, ut multas in Palæstinâ urbes, & inter has ipsam Hierosolymam ceperit, ibidemquè Anno salutis 1229. d. 7. Martii regio diademate nullis non adhibitis solennitatibus, præterquam, quod ob excommunicatum Imperatorem sacra non celebrarentur, coronatus fuerit: Urbes igitur Palæstinæ cum adversus hostiles incursiones munitionibus circumdaret, Pontificem interim Apuliam maximo cum exercitu invasisse nuncium accepit: Ex itinere ergo sacro domum retractus, ingentibus copiis in Siciliam rediit, & hereditarium regnum ab imminenti periculo strenuè vindicavit, & postea adnitentibus Principibus excommunicationis vinculo solutus, cum Pontifice in gratiam rediit. In Germaniam deinde pergens contra Ungaros bellum gessit, Urbemquè Viennam captam Imperialis civitatis jure & Academiâ insuper ornavit. Filium suum Conradum, Henrico, ob impios in Parentem conatus in carcere mortuo, Cæsarem creavit. Inde in Italiam reversus, Mediolanum, aliasq;

aliasq; Urbes, quæ Pontifice instigante defecerant, gravissimâ clade multavit; iterumq; excommunicationis fulmine à Papâ ictus fuit. Cujus expiationem cum impetrare non posset, necessitate compulsus, armis id consequi, quod precibus nequiverat, studuit. Maximis eo tempore Italiâ turbis agitabatur, validissimis duabus factionibus, Gibellinorum, qui Imperatori, & Gvelphorum qui Papa studerent. Romam igitur obsidione cinxit, sed re infectâ discedere coactus, Ravennam cepit, Parmamq; obsidens, funditus eam delere, & castrorum loco Urbem novam, Victoriam, condere statuit, quæ tamen felici Parmensium eruptione capta est & direpta. Ab Innocentio deniq; nominis ejus IV. quo familiarissimè primo usus fuerat, Lugdunum in concilium evocatus, cum non comparuisset, iterum excommunicatus est, Henrico Thuringiæ Landgravio in ejus locum suffecto. Cum ergo in Apuliam rediisset, & morbum, quem exhausto veneno, contraxerat, diligentissimâ Medicorum operâ vix superasset, Manfredi Filii nothi dolis necatus est, cum 32. annos, rebus præfuisset, per omne fere Imperii sui tempus Paparum injuriis exagitatus. Cadaver in Siciliam translatum in Ecclesiâ Archiepiscopali Montis Regalis sepultum, hoc elogio;

Si probitas, sensus, virtutum gratia, census;
Nobilitas orti possent obsistere morti,
Non foret extinctus Fridericus, qui jacet intus.

Imperatoris hujus *Auream Bullam*, datam apud Egram Anno 1213. item *Constitutionem pro Ecclesiasticâ libertate*, de Anno 1220. *Constitutiones contra hæreticos tres*, nec non von den Zwengen und Pfalburgern / uti & Käyser Fridichen des Andern Recht/gesetzt und bestetiget mit der Fürsten Rade/und mit andern grossen Herrn und Wyssen/zu dem grossen Hofe zu Maugantzen/so geschahe nach unsers Herrn Christi Geburt/zwelffhundert und sechs und dreyssig Jahre zu S. Martin in dritten Augusti; uti & *Friderici I. & II. Imp. Augustorum Constitutiones de Juribus ac Privilegiis Ducatus Austriæ*, vide apud *Goldastum Const. parte primâ p.* 73. & seqq. & *in Rationali* p. 75.

Historiam illorum temporum qui cognoscere desiderat, adire poterit libros tres *Monachi cujusdam S. Justinæ Paduæ, de rebus in Insubribus & Euganeis, hoc est, Lombardiâ & vicinâ Marchiâ Tarvisinâ gestis circa ea tempora, quibus Fridericus II. Rom Imp. clavum tenuit, ab A. C.* 1207. *ad annum usq;* 1270. quos exhibet URSTISIUS *To.* I. p. 581. *Epistolas* vero Ejus quasdam, *tempore Schismatis scriptas, quæ apud PETRUM de VINEIS* (de quo verò omnino BERNH. à MALLINCKROT, *de Arte Typograp.* *p.* 86.) *non extant*, edidit FREHERUS To. I. p. 303. 118. (754)

RUDOLPHUS I. HABSPURGIUS.

PRogredimur jam ab Anno 1250. ad annum usquè 1273. quo ad Imperii fastigiam unanimi Electorum Principum suffragio evectus est Rudolphus: temporis satis longi intervallum brevissimis emensi, quo Fasti quidem Imperatorii suis titulis non caruere, verum eorum, qui nomen potius quam curam Imperatorum sustinerent: Conradus enim IV. à Patre Friderico II. Rex creatus, Anno sal. 1254. à Fratre Manfredo qui regnis Apuliæ & Siciliæ inhiabat, veneno est peremptus, filio ejus Conradino, in regni spem nato, haud ita multò post à Carolo Andegavensi, quem contra Manfredum Pontifex evocaverat, Neapoli publicè securi percusso. Henricus Thuringiæ & Hassiæ Landgravius, in odium Friderici, instinctu Pontificis à Principibus Rex declaratus, eodem quo dignitatem susceperat anno, periit, tormento bellico ictus, cum jam Ulmæ obsidionem, ob commeatus angustiam solveret. Lætior quidem rerum facies fuit sub Gvilelmo Hollando, sed minus etiam diuturna, cum Frisiâ subjugatâ Imperator insidiis quorundam interceptus, hastis est transfixus. Post quem Richardus Cornubiæ Comes à Principibus quibusdam electus Imperator, res magis turbavit quam administravit, donec in Angliâ Urbem quandam obsidens, sagittâ trajectus obiit. Alphonso Castellæ & Legionis Rege, qui

qui ab alterâ Principum Germaniæ parte Cæsar designatus erat, honorem suasu Pontificis recusante, cum fere proprio Regno excidisset: Afflictissima sane ea fuere tempora, parturiente quasi orbe terrarum tantis nixibus fœtum insignem, Serenissimam scil. Domum Austriacam, cui Universi pene hujus committenda esset Gubernatio: Faustissimis ergò auspiciis Imperator electus est anno prædicto Rudolphus, Princeps non minus manu strenuus, quam ingenio valens, quiquè rerum gestarum magnitudine egregiam sibi famam dudum sub Friderico II. susceptore & altore militans paraverat: Prima ejus in Imperio cura fuit, ut latrocinia seditiones, tumultusquè populares, quæ diuturni Interregni licentiâ invaluerant compesceret, & bella quibus Germania ardebat, ubiquè locorum restingeret, eamquè saluberrimis legibus statutisquè ornatam redderet: Ex plurimis ejus bellis insigne maxime illud est, quod cum Ottocaro Bohemiæ Rege gessit, quem Majestatis suæ contemtorem, (stabulo enim Ipsius Præfectus fuerat Rudolphus) cum pactis conventis non staret, acie victum Anno 1278. occidit, Bohemiamq; validâ manu ingressus, omnia igne & ferro vastavit; Wenceslao tamen Ottocari filio Bohemiæ regnum restituit, filiamq; Gutham, raræ pulcritudinis Virginem in matrimonium dedit, filioquè suo Rudolpho Sveviæ Duci Agnetam Ottocari filiam despondit; uti & reliquas filias potentissimis Principibus elocando, potentiæ suæ fundamenta jecit validissima. Pseudo-Fridericum, qui se pro Friderico Juniore, (Neapolicum Conradino obtruncato) Svevis ostentaverat, multasquè urbes in partes traxerat, captum, Novesii combussit. Rebus igitur passim compositis, cum jam laboribus annisquè fractus vitæ suæ terminum imminere animadverteret, Francofurti in Comitiis, Albertum Filium suum Imperii successorem designare constituit, sed à Principibus impetrare non potuit. Spiram tandem contendens, (mortuos Imperatores visurus, uti jocosè, proximæ suæ mortis vates dixerat) Germersheimæ ad Rheni ripam naturæ concessit Anno 1291. Spiræq; juxta Philippum Svevum est sepultus. Imperator sine dubio, si nimiam coacervandæ pecuniæ cupidinem tollas, laudatissimus, alterq; Ro-Germanici Imperii conditor meritò appellandus.

119. (755) Vitam ejus & res gestas, præter DORNAVIUM, quem ZEILERUS in *Itinerario Germaniæ* laudat, JOH. H. BOECLERUS, descripsit, & titulo, *Rudolphus Imperator, Germaniæ Instaurator*, solenni Examini proposuit, *Argentorati* 1672. 4.

120. (756) *Codicem Epistolarum Imp. Rudolphi I. continentem Epistolas* 149. *partim, & quidem præcipuè ab Ipso, partim ad Ipsum, partim de Ipso scriptas, Doctiss. Dn. Johannis Seyfridi Abbatis quondam Zwethalensis curâ & studio ex antiquis duobus Monasterij Sanctæ crucis & Monasterij Zwethalensis Codd. MSS. collectus, in tres libros divisos, cum Seyfridianis suisq; Annotationibus, Tabulis item chronologicis & Variis Lectionibus In syntagmate Rerum Germanicarum* se editurum promisit Dn. LAMBECIUS.

121. (757) Eodem ipso Opere pollicitus est *Codicis Epistolaris Imp. Rudolphi I. librum quartum*, continentem *varia Ejusdem Diplomata ex diversis Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ antiquis Codd. MSS. primum à se collecta, & necessariis Annotationibus atq; accuratâ Chronologiâ illustrata.*

ADOLPHUS NASSOVIUS.

HIc unanimi quidem Principum consensu, (excepto solo Ludovico Palatino, qui Alberto favebat) sed miro astu Francofurti Cæsar electus, & Aquisgrani coronatus est. Gliscentibus inter ipsum & Albertum Austriacum odiis, quod filiam suam Adolphi filio cognomini dare recusaverat, in Colmarienses exercitum duxit, multasquè Alsatiæ Urbes, auxilio Præsulis Coloniensis expugnavit; Ab Alberto Thuringiæ Landgravio, Degenere cognominato, cum omnem illam regionem, Wartburgensi arce exceptâ, argento Anglico instructus emisset, Ipsiq; homagium Thuringi præstare, nisi Juramento à Principibus suis Friderico & Dithmanno soluti recusarent, ad arma deventum, Thuringia Misniaq; fœdis depopulationibus sævitiâ plusquam barbaricâ vastatæ sunt, donec Imperii Principes Adolphi ambitionem & sordes pertæsi, quod stipendiariam quoquè Eduardo Angliæ Regiæ militiam pollicitus fuerat, eo rejecto, Austriæ Ducem Regem elegerint. Adolphus

igitur

igitur vi Imperium retinere contendens, Othonis Bavariæ Ducis Rudolphi Palatini & quarundam Imperialium civitatum auxilio fretus, Alberto occurrit, & prope Wormatiam, manus conſeruit. In quo conflictu, captis multis nobilibus, multis calore ſuffocatis, Adolphus ipſe Alberti manu cæſus occubuit, A. D. 1298. Corpus ejus primo in Monaſterio Frauenfelt, dein juſſu Henrici VII. Lucemburgii Spiræ magnificè conditum eſt.

ALBERTUS AUSTRIACUS.

RUdolphi Cæſaris & Annæ Comitiſſæ in Hohenberg Filius, Adolpho Naſſavio à faſtigio deturbato, Principum ſuffragiis Cæſar deſignatus, eodem in Wormatienſi agro cruento prælio cæſo, vigeſimo ſexto abhinc die, Francofurti denuò inauguratus, & veteri religionis ritu eſt inunctus, Heros aloiqui fortis prudens, nec offenſionum tenax, aut in vindictam præceps, at regni aliarumquè opum nimium cupidus fuit. Bella foris nulla, domi plura geſſit, ac duodecies quidem conflixiſſe traditur, non pari tamen fortunâ, nec juſtis ſemper bellandi cauſis. Theobaldum Phyretarum Comitem inter Imperii initia, dein Moguntinum Colonienſem & Trevirenſem ArchiEpiſcopos res novas molientes compeſcuit, & brevi in ordinem redegit. Tentavit Hungariæ & Bohæmiæ regna, & hoc quidem Rudolpho filio obtinuit, ſed eo ſub regni quaſi limine obtruncato, quum id invaſiſſet Henricus Carinthiæ Dux, novum bellum exarſit, quod cœptum quidem non vero confectum eſt. Ob Hungariæ vero Regnum, cum Henrico Bavariæ Duce, cui Conradus Salisburgenſis Archiepiſcopus ad regnum aditum parare laborabat, multa bella geſſit, quæ ſubinde in duciis diſtincta, ſed ſopita nunquam utriq; magna dederunt damna, adeo ut ipſemet veneno ab hoſte petitus fuerit, quo vires ejus non parum ſunt debilitatæ, fœdaquè macie corpus deformatum. Ad Luccam oppidum prope Pegaviam ingentem accepit cladem à Marchionibus Miſniæ, quibus ex amico & defenſore hoſtis factus contra jus & fidem datam bellum intulerat. Ad quam cladem vindicandam, & repetendam à Carinthio Bohemiam, dum bellum utrinq; reparat, à Johanne fratruele & tribus amicis familiariſſimis juxta Bruccam Helvetiorum oppidum inter Riſam Arulamquè fluvios eſt obtruncatus Anno 1308. Eodem in loco conjux Alberti Eliſabetha opulentum extruxit cœnobium Konigsfeld appellatum, ubi ſplendido monumento mariti cadaver compoſuit, quod deinde Spiram, translatum, & prope Patrem eſt conditum.

Pluribus de Imperatoribus Rudolpho I. & Alberto I. videri poterit OTHOCARI de HORNECK Equitis Styri, *Chronicon germanicum rythmicum, Rerum* r2. (758)
geſtarum Impp. Rudolphi I. & Alberti I. ſub quibus ipſe floruit; quod in *Syntagmate Rerum German.* publicare promiſit Dn. LAMBECIUS.

HENRICUS VII.

COmes Luzelburgenſis, Henrici Comitis & Beatricis Comitiſſæ Hannoniæ filius, paternis opibus haud ita potens, ſed juſtitiæ prudentiæquè, tum rerum geſtarum gloriâ ſingulariquè integritate illuſtrior, armis ſtrenuus & Religione præcipuus, Alberto occiſo Francofurti Rex Romanorum à Principibus Germaniæ electas, ſtatimquè à Pontifice eſt confirmatus. Comitem primo Wurtenbergenſem Imperio rebellem, fortunis omnibus exuit, Johanni filio ſuo Regis Bohemici filiam Eliſabetham uxorem dedit; Adolphum & Albertum in Imperio Prædeceſſores, in loco, ubi ceciderant ſepultos, Spiram deferri Regiaquè pompâ ſepeliri curavit. Cum ingentibus deinde copiis in Italiam deſcendit, tantamq; regioni formidinem, quantam vix Imperatorum alius incuſſit: Mediolani Turrianam factionem detectis inſidiis oppreſſit: ViceComiti ſummâ rerum commiſsâ, Cremonam & Brixiam, deditionem facere nolentes vi expugnavit, reliquas ultro ad officium redeuntes accepit. Inde Romam profectus, abſente Pontifice à Cardinalibus Coronâ inſignitus eſt, unde ab Urſinis brevi expulſus, adjuvante etiam Roberto Rege, in Hetruriam redire ſtatuit, Aretiiquè agens Robertum hoſtem Imperii ac læſæ Maje-

ſtatis reum denunciavit, & ceu rebellem Campaniæ & Apuliæ regno privavit. Florentinos cum graviſſimâ obſidione premeret, Monachus quidam Prædicatorii ordinis, à Florentinis ſubornatus, Henricum veneno, quod Euchariſtiæ illitum ei porrexerat, perdidit in Thuſciâ apud Bonconventum, Senenſis agri oppidum, A. D. 1313. Cadaver Piſas translatum ibidem in Cathedrali templo eſt ſepultum.

124.(759) Fuſius de Ipſo egerunt, ALBERTINUS MUSSATUS, (cujus libri ex inſtructiſſimâ, quam poſſidet Bibliotheca, Lipſiæ, dum ibi agerem, Nobiliſſimus & Doctiſſ. Dn. *Pæſchius* copiam mihi fecit) *Hiſtoriâ Auguſtâ Henrici VII. Cæſaris*, cum aliis quas extant operibus edita, LAURENTII PIGNORII, V. CL. *Spicilegio, nec non* FELICI OSII & NICOLAI VILLANI *caſtigationibus & notis illuſtrata.* Quibus opportunitatis gratia præmiſſa ſunt *Chronica* ROLANDINI *Monachi Paduani*, GERARDI MAURISII, ANTONII GODII, NICOLAI SMEREGI, *cum ſupplemento Scriptoris Anonymi de rebus geſtis in Lombardiâ & Marchiâ Tarviſinâ, præſertim vero de his quæ attinent ad Ezerinos & Albericum de Romano. Vita Ricardi Comitis S. Bonifatij, ac* LAURENTII *de* MONACIS. *Ezerinus III.* Succedunt noviſſimo loco duo CORTRASII, *de novitatibus Paduæ & Lombardiæ.* Impr. *Venetiis* 1636. fol.

125.(760) CONRADUS item VECERIUS, Secretarius Regius *libello de rebus geſtis Henrici VII. Imperatoris*, qui invenitur apud URSTISIUM, *Tomo II.* p. 63.

126.(761) Huc etiam faciunt *Rhytmi, de obitu Imp. Henrici VII. quem F. Paulinus Ordinis Prædicatorij, inſtinctu Florentinorum in Euchariſtiâ intoxicavit, in vetuſtiſſimo libro reperti*, quos exhibet M. FREHERUS *Appendice Tomi I. p.* 15.

Epiſtolam Henrici VII. ad *Johannem de Elnbogen, Cœnobij Waltſaſſenſis in Nariſci Abbatem; ut & ſententiam in Robertum Siciliæ Regem, latam in conventu Principum Imperij Piſis Anno* 1311. Vid. ap. *Goldaſtum Conſt. part. I. p.* 94. *& ſeqq.*

FRIDERICUS, cogn. PULCHER.

ALberti I. Imp. & Elizabethæ filius, maximorum Europæ Principum amicitiâ, affinitate, & cognatione fretus, ad ſummum rerum humanarum faſtigium aſpirans, per Electorum controverſiam Bonnæ Cæſar eſt renunciatus, Ludovico Bavariæ Duce conſobrino ſuo ab aliis Imperatore creato. Filiam Regis Arragoniæ Eliſabetham matrimonio ſibi junxit, maximisquè ſolennitatibus Baſileæ nuptias celebravit. Poſtea magnis copiis contractis, Sveviam ingreſſus Ludovicum ad arma provocavit, pugnâquè commiſſa ad Eſlingam Sveviæ Urbem, plurimis utrinq; deſideratis, æquo tamen Marte diſceſſit: Ungarico vero robore confiſus, cum bellum repeteret, omniaquè ferro igniq; vaſtaret, ad Oetingam Anno 1322. à Ludovico ſuis opem ferente, cruento prælio victus, & in cuſtodiâ amplius triennio in arce Traußnitz/oppido Naburgo vicinâ, detentus eſt, unde tandem liberatus magnâ omniũ lætitiâ in Auſtriam eſt reduct9. Philtro demum propinato contabeſcere cœpit, & dyſenteriâ ſolutus in Auſtriæ arce Gutenſtein Anno 1330. obiit, in cœnobio Murbacenſi, quod ipſemet fundarat ſepultus. Qui Imperatorem hunc Auguſtorum numero excludunt, dubio procul falluntur narratione illâ, quaſi imperii renunciatione libertatem pactus eſſet: Nunquam enim ille jure ſuo & titulo ceſſit, ſed poſtquam Anno 1325. liber eſt dimiſſus, pari deinceps poteſtate cum Ludovico Bavaro gubernavit, luculenter & ſolidè hoc probante antiquo illo nec minus incorrupto quàm genuino Diplomate publico *Reconciliationis Imperatorum Friderici Auſtriaci & Ludov. Bavari, & Concordiæ de S. Imperio Ro. pari poteſtate adminiſtrando* inter eosdem compoſitæ, quod etiam nunc in *Auguſtiſſimo Archivo Cæſareo Aulico*, cum appenſis duobus cereis ſigillis Imperatoriis authenticum aſſervatur, & ex eo primo quidem à *Joh. Cuſpiniano in hiſtoricâ Deſcriptione Auſtriæ*, ſecundum autem
126.(761) ab Ipſo LAMBECIO poſt iteratam fideliſſimam & accuratiſſimam collationem atq; recognitionem, editum in *Additamento Diarij Sacri Itineris Cellenſis interrupti & repetiti Imp. Leopoldi I. Anno* 1665. Impr. Viennæ 1666. 4.

LUDOVICUS V.

BAvarus vulgò dictus, Ludovici seniore & Mechtilde filiâ Rudolphi Habspurgii natus, à Germaniæ Proceribus nonnullis Imperator electus Fridericum Austriæ Ducem adversarium habuit, quo cum per octo annos bellum variâ fortunâ gessit, certisquè tandem pactionibus, uti paulò superius dictum, sibi conciliavit: Italiam ingressus ingentibus copiis primò Tridentum deinde Mediolanum petiit, singulis civitatibus Imperatorio nomine Vicarios imponens. Inde Romam acceptis 24. nobilioribus Mediolanensium civibus, obsidibus, contendit, ab universo populo honorificè acceptus, à Stephano Columnio in æde S. Petri cum conjuge coronatus est, præsenti omni nobilitate, & Patricium Augustumquè salutante. Petrum Corbariensem, virum ad res gerendas aptissimum Nicolaum V. posteà dictum, summum Pontificem crervit; Johannem vero XXII. à quo crudilissimâ excommunicatione, ut haresiarcha percussus fuerat, Papali sede dejecit. Proditionem vero & venenum, non arma Imperator metuens, Germaniam rursus petiit, & Francofurti comitia celebravit, in quibus antiquas leges confirmavit: In venatione tandem, cum ingentem ursum acrius insequeretur, equo excussus, & corpus gravi collisione afflictum est. Viribus ergo omnibus destitutus mortuus est Anno Ch. 1347. Imperii sui 33. Monachii Imperiali pompâ sepultus.

Varia in hæc Imperatoris cum Johanne 22. Papa controversiâ scripta prodiêre, e quibus

Ludovici IV. Bavariæ Ducis, contra Johannis XXII. Papæ Bullam Responsio concernens Jura regni & Imperij. ap. FREH. App. *Tomi I. p.* 19. (WILHELMI OCKAM, Angli, è familiâ Franciscanorum qui quod quædam adversus Papam scripsisset; hæreseos damnatus â Papa, ad Ludov. Imper. in Germaniam venit, illiq; dixit; O Imperator, tu me gladio defendeà Papæ injuriis, ego te verbis & scriptis defendam) *Informatio de nullitate Processuum Papæ Joh. XXII. contra Ludov. Bavarum: apud eund.* FREH. p. 24. 128. (763)

Item MARSILIUS PATAVINUS integrum librum scripsit A. 1324. pro Defensione Ludovici Imp. Bavari contra Papam, cujus titulus, *Defensor pacis. Francf.* 1161. 8. Præfationem in librum eundem *B. Rhenani Selest*, exhibet *Goldastus, Monarchia Romano-Germanica To. I. fol.* 647. 130. Nostris temporibus propior est liber insignis pro Ludov. Imp. Apologeticus, hoc titulo: LUDOVICUS IV. *Imperator defensus. Bzovius injuriarum postulatus, quod eundem Divæ memoriæ Imperatorem, Serenissimorum Ducum Bavariæ progonitorem contra Jus fas, æquum verum, in mendosissimis Annalibus suis insectatus, gravissimis calumniis oneravit.* à JOH. GEORGIO ab HOHENBURG / *Serenissimo Bavariæ Duci à consiliis, & inclytorum Bavariæ Ordd. Cancellario, jussu Ejusdem Serenissimi Bavariæ Ducis. Accessit Mantissa aliorum Bzovii errorum.* Prod. *Monachij.* 1618. 4. 129. (764) 130. (765)

Acta publica hujus Imperatoris quod concernit, leguntur,

Ludovici IV. Imp. *Diplomata quædam de Castruccio Duce Lucæ* apud FREHERO. App. Tomi I. p. 29.

Johannis XXII. *Pontif. Ro. Bulla, qua Ludovico Bavaro Imp. Imperium abdicatur, An.* 1323. *apud Goldastum To. I. Const. p.* 98.

Ludov. IV. Imp. Augusti Appellatio: lat. & germ. p. 99.

Ludov. IV. Imp. Aug. Constitutio, De Imperij Urbibus & Excellentiâ & potestate Electi Romanorum Regis, lata in Comitiis Francofurtensibus Anno D. 1338. ib. p. 99.

Principum Electorum S. Ro. Imp. Epistola ad P. Bened. XII. super Ludov. Imperatore, & Discordia Imp. & Ecclesiæ, ex Comitiis Reinensibus A. 1338. *Ludovici IV. Bavari Imp. Aug. Apologia, publicè contra calumnias Joh. Papæ XXII. proposita Francof. A. D.* 1338. 8. *Id. Aug. p.* 101. Superius titulo Responsionis à *Frehero* expressæ, indicata,

CAROLUS IV.

Bohemiæ Rex, Johannis Bohemiæ R. & Elizabethæ filius Henrici VI. Imp. Nepos, Princeps religiosus, literis lingvarumquè cognitione imprimis instructus: Günthero Schvvarzburgico, quem Electores quidam Imperatorem salutarant, è medio sublato, cum solus rerum potitus esset Italiam ingressus, Imperialem coronam non sine ignominiosâ pactione ab Innocentio accepit, Paucos ibi dies moratus, venationis sub prætextu ex Urbe se subducens Mediolanum venit, & Vicecomitibus perpetuum Imperii Vicariatum aureâ bulla confirmavit. Eberhardum Wurtenbergensem Comitem ingenti exercitu oppressit: Reussum Plavensem bello aggressus, arcibus aliquot exuit. Bohemiæ regni sui maximam rationem & curam magisq; fere quam Imperii ipsius habuit: Silesiæ Ducatum, Lusatiam aliasquè regiones, Bohemiæ adjiciendo, illud labefactavit. Pragensem Ecclesiam erexit, Gymnasiumquè publicum instituit, multa Canonicorum Collegia & Monasteria fundavit, largeq; ditavit. Wenceslaum filium Romanorum Regem Principum assensu (quem amplissimis pollicitationibus emercatus fuerat) designavit. Anno 1378. Pragæ Bohemorum adversa valetudine correptus ibidem obiit, Imperii sui anno 33, honorificè à Filio sepultus.

Auream Ipsius *Bullam* promulgatam Anno Chr. 1356. (de quâ *parte prima sect.* 9. egimus) exhibet etiam *Goldastus ex Archivo Illustrissimi Principis Electoris Palatini*, lat. p. 105. & germ. p. 121.

Promisit etiam Ill. Dn. LAMBECIUS, in *Syntagm. Rerum Germ. Aurea Bulla*
131. (766) *Imp. Caroli IV.* Editionem novam, *ex antiquo Cod. membranaceo, Anno Christi* 1400.
jussu Ipsius Filij Wenceslai scripto & multis Imaginibus inauratis elegantissime exornato, qui inter Augg. Bibl. Cæs. Codd. MSS. Ambrasianos est 138. Item *Ejusdem Bullæ*
132. (767) *primam omnium atq; authenticam versionem Germanicam, quæ extat in Augg. Bibl.*
Cæs. antiquo Cod. MS. inter Codd. MSS. histor. lat. 73. quo inter alia etiam continentur *Imperatorum Rudolphi I. & Alberti I. Imp. Constitutiones quædam germanicæ*, & EBERHARDI de WINDECK, *Historia Vitæ & Rerum gestarum Imp. Sigismundi, quo ipse familiariter usus est*:

K. Karols des Vierdten *cassationem omnium Privilegiorum contra Rotwilanum Judicium imperatorium*; exhibet *Goldastus* 2 *Parte I.* p. 138.

GUNTHERUS SCHVVARZTBURGICUS.

INjuria sane non tantum Illustriss. & Antiquiss. Comitum Schvvartzburgicorum familiæ, sed etiam fortissimi hujus Herois virtuti, tot periculis nobilitatæ, pluribusquè historicis decantatissimæ fieret, si in Augustissimorum Cæsarum numero GUNTHERUS hic legitime electus omitteretur: Summum enim hunc honoris apicem toties solicitatus recusavit, nisi major Electorum pars Francofurtum convocata, Imperium vacare decerneret, tunc enim se nulli labori, neq; adeo vitæ ipsi parsurum esse, promisit tantum abest, ut ad hunc honorem vel ambitu vel corruptelis & largitionibus grassatus fuerit. Congregatis itaq; Principibus in Campis Francofordiæ, unanimi consensu Guntherus Rex Romanorum præstitâ solenni jurisjurandi religione debitoquè officio exhibito, renunciatus est: Electum Francofordiam urbem ut Regem Romanum solenni pompa ingredi volentem à civibus prohibitum esse apud omnes constat; verum quâ illud causâ factum fuerit, non æque patet, nisi communem illam traditionem de obsidenda prius Urbe, quæ nemini nisi Antiquitatis ignaro imponere poterit, amplecti velimus. Acri itaquè Urbem obsidione clausam secundo deniquè mense post introiit, cui quidem numeroso cum exercitu se opponens Carolus, in villa Castell, è regione Moguntiæ consedit, cum interim Guntherus, quam parum suum formidaret æmulum indicaturus magna Nobilium militumq; copia advocatâ, ingenti lætitiâ hastiludia celebravit: Carolus ergo armis diffidens, nuptiis aliisquè artibus partis adversæ vires atterere laboravit variiq; utrinq; damna accipiebanur, donec tandem ad certas conditiones, inter-

interponente se Marchione Brandeburgensi ventum, in quas ægre quidem, sed morbo tandem victus, (venenum enim à Medico propinatum, magis in dies sæviebat, corpusq; exhauriebat,) consensit, multa de perfidiâ Principum Electorum suorum publicè etiam conquestus. Sexto ergo Imperii mense, cum ætatis annos quadraginta quinquè & sex menses implevisset, diem suum obiit supremum Francofurti, funus comitante ipso Carolo sepultus, splendidissimo Regioquè sepulcro in æde S. Bartholomæi conditus: Princeps sanè optimus, & spei maximæ, qui labefactatum Imperii decus virtute sua restituere valuisset, nisi rebus humanis citius ereptus fuisset.

Ad illustrandam hujus Imperatoris Vitam apprime faciet, *GUNTHERUS Schwartzbargicus, Imperator Romanus Discursu historiô breviter exhibitus*, ab AHASVERO FRITSCHIO, ubi Historiam non solum sed etiam ex Archivis depromta monumenta, Viri de Germaniâ bonoq; publico optime merentis operâ digestam Benev. Lector inveniet: *Impr. Lips. Jenæ & Rudolst.* 1677. 4.

VVENCESLAUS.

CAROLI IV. Imp. Filius, Annos natus XV. solicitante Patre Rex Romanorum Francofurti electus & Aquisgrani præsente Carolo coronatus est: Patri & avo perqvã dissimilis, tam corpore quam animo deformis atquè ineptus, ignaviâ corruptus luxuiquè tantum deditus, cædibus etiam grassans, Imperii administrationem prorsus neglexit. Hanc ergo ob causam Regni Proceres aliquoties eum captivum habuerunt, & primum quidem eum in carcere publico & tetro detinuerunt, mensibus quatuor, donec tandem multis Principum intercessionibus impetravit, ut semel ad corporis sordes abluendas balneum ingredi liceret, ex quo balneatricis operâ nudus evasit & in arcem suam penetravit; Sed nihil factus melior, postea iterum captus, sed & hac vice elapsus, tandem à Sigismundo fratre per Albertum Austriæ Ducem prehensus, clam Viennam deductus ibiquè detentus fuit, donec & hinc Piscatoris cujusdam consilio liberatus, Mendici habitu Pragam reversus, regnum recuperavit, nihil interim de sævitiâ & voluptatibus remittens; Longius sane Imperii res afflixisset, nisi ab Electoribus Imperii Anno Christi 1400. Francofurti congregatis, ab Imperio, quod per 24. annos vastaverat magis quam administraverat remotus esset. Anno ætatis LVII. ex irâ correptus, ac paralysi dies 18. laborans, animam exhalavit Pragæ prope Patrem sepultus.

De carcere ejus, & quomodo balneatricis operâ evaserit, videri potest Dn. LAMBECIUS *Comm. de Bibl. Cæsareâ l. 2. c. 8.*

Sententiam autem exauctorationis & privationis Dn. Wenceslai Rom. Regis, latam & pronunciatam Anno 1400. vide apud *Goldastum Const. part. 1. p. 139.*

Item *Bonifacij IX. Pontificis Ro. Bullam Degradationis Wenceslai Imperatoris ac Regis Bohemorum, & confirmationis Ruperti electi Regis Romanorum*, Ib. p. 142.

RUPERTUS.

DUx Bavariæ & Comes Palatinus Rheni, Ruperto cognomento Tenace, & Beatrice, Friderici R. Filiâ natus, Vir armis exercitatissimus, ingenio acri, Majestatis Imperii studiosus, cumprimis vero justitiæ laude clarissimus fuit. Post Fridericum IV. Ducem Brunsvicensem, Cæsarem quidem electum, sed à Comite quodam Waldeccio interemtum Boppardiæ Anno 1406. Imperator ab Electoribus salutatus, & Coloniæ solenni coronationis ritu inauguratus est: Florentinorum & Pontificis Rom. literis frequentius solicitatus, ut Johannis Galeacii Vicecomitis impotentem dominationem refringeret, in Italiam descendit quidem, sed Ducis Austriaci & Episcopi Coloniensis destitutus præsidio, à Galeacio & cæteris, qui nondum à Wenceslao defecerant, in agro Brixiano ad lacum Benacum fusus, salutem fugâ quærere coactus est: Venetias inde per Tridentinos delatus magnificè acceptus est, sed cladem suam Florentinis & Pontifici exponens, cum surdis, ut ajunt, fabulam narraret, re infectâ per Alpes Germaniam repetiit, & quod ipsi ætatis reliqvum

fuit, constituendæ ipsi atq; exornandæ impendit: Obiit Oppenheimii Anno sal. 1410. postquam Imperio laudatissimè præfuisset Annos 9. menses 8. dies duodetriginta, Heidelbergæ in æde S. Spiritus, quam ipse extruxerat, unâ cum Uxore Elisabetha Burggraviâ Norinberg sepultus.

SIGISMUNDUS.

CAroli IV. Imperatoris ex Johannâ F. Princeps sapientiâ probitate Eruditione multarumq; linguarum cognitione clarissimus, corporis quoquè ea dignitate, quæ Principes maxime decet, præditus, Carolos facile & Ottones æquaturus videbatur, si pacis, quibus florebat, artibus, parem bellorum felicitatem addidisset: Puer adhuc Mariam Ludovici Hungariæ Regis filiam sibi despondit, unde Regni Hungarici, mox etiam Imperii Romani dignitatem assecutus, cruenta prius cum Hungaris bella gessit, captus etiam, sed custodia liberatus, oneratâ amplissimis promissionibus, cui servandus traditus erat, Viduâ, copiis reparatis, fusisquè hostibus quietam Regni possessionem nactus est. Adversus Turcas validissimum exercitum contraxit, eumquè Hadrianopolin usquè perduxit: Verum perturbatis ordinibus à Gallis, primas sibi in aciè deberi contendentibus, ab Amurathe gravi prælio victus, castrisquè exutus est, cæsis magnâ ex parte Ducibus & Burgundionum Rege capto. Concilio Constantiæ congregato, tres intrusos Pontifices, Johannem XXIII. Gregorium & Benedictum, Papali dignitate dejecit, & in Pontificatu Othonem de Columnâ Martinum V. postea dictum surrogavit, ac pernicioso inter Pontifices Schismate sublato, concordiam & tranquillitatem Ecclesiæ restituit. In Italiam postea profectus Mediolanum venit, acceptaquè de more Imperatorio ferreâ coronâ, Parmam, Senas, Romamquè dein profectus, à Pontifice Cardinalibus, populoquè Romano perbenigne susceptus Cæsareâq; Coronâ ornatus fuit. Italiam vero relinquens Basileam, ubi concilium celebrabatur, pervenit, Eugenium Pontificem, concilium Basileense à se prius confirmatum, revocantem, Ferrariamquè pertrahere conantem, tanquam contumacem summo sacerdotio deturbavit. Multa cum Hussitis bella gerens cum adversa semper fortunâ uteretur, ad componenda demum dissidia serio animum adjecit. Sed senio morboquè oppressus, diem clausit ultimum, cum annos vitæ 70. potentiæ 27. implevisset, Anno Ch. 1437. Corpus ejus Albam Regalem Hungariæ translatum, magnificè ibi conditum est.

Ad illustrandam temporum Imperatoris hujus historiam faciunt ea quæ apud Goldastum legunt Acta publica *Constitutionum primâ parte.*

Sigismundi Regis & Imperatoris Bulla, de Jure & successione Electorum Palatinorum, A. C. 1413. & 1434. *promulgata. p.* 143. *Sigismundi Regis Augusti Epistola, Missa Regi Franciæ ad invitandum eum ad Consilium Constantiense.* A. C. *1413.* p. 146.

Ejusdem Literæ directæ ad Concilium Constantiense, An. 1416. p. 147. *cum Responsione Concilij Constantiensis.* p. 148.

Avisamenta Constantiensia, per Deputatos Provinciarum nationis germanicæ concepta in Concilio Constantiensi, & postea per Deputatos ejusdem Nationis audita super materiâ Apostolicarum Reservationum & Collatione Beneficiorum hactenus per summos Pontifices & ordinarios Collatores prædicanda: p. 149. lat. p. 151. germ.

Conradi III. Archiepiscopi Moguntini, El. Archicanc. & Vicarij S. R. I. Epistola ad Episcopum Augustensem, quâ eum vocat Moguntiam ad Comitia Imperialia. An. 1424. *p.* 154.

Avisamenta Moguntina, quæ tempore Basileensis Concilij Statibus Imperij Moguntiæ in publico conventu fuere deliberata A. 1417. *pag.* 155. *lat. p.* 160. *germ.*

K. Sigmunds Güldene Bulle/ auff dem Reichstag zu Nürnberg auffgericht/ A. D. 1431. p. 166.

Reformation; So der Allerdurchl. Großmächtigste Fürst und Herr Herr Sigmund Röm. Käyser/ ꝛc. zu Ungarn und Boheim/ ꝛc. König/ in den nechsten Concilien zu Basel/ die H. Christl. Kirche in beständige Ordnung zu bringen fürgenommen hat: Darumb denn das vermelt Concilium der Zeit angesehen/ und dazu Pabst/ Käyser/ alle Geistl. und Weltl. Chürfürsten/ Grafen/ Freyen/ Herren/ Ritter und Städ

beruffe

beruffe worden. 2c: Wie dieselbe Reformation von Wort zu Worten eigentlicher hienach folget/ verdeutscht und erkläret / durch Herrn Fridrich von Lands Kron/ K. Sigmunds Rath 2c. A. 1436. pag. 170.

K. Sigmunds Weltliche Reformation: p. 188.

Parte vero *Constitutionum* secunda:

Concilij Constantiensis Confirmatio Constitutionum Friderici II. & Caroli IV. Impp. Augg. super libertate Ecclesiasticâ, facta A. C. 1415. pag. 97.

Concilij Constantiensis Decretum, quando solvenda sit sive deneganda decima; p. 104.

Martini V. Papa Romani Decretalis, Confirmatio Carolinæ de libertate Ecclesiasticâ, facta in Concilio Constantiensi, A. D. 1417. pag. ead. Sigismundi Imp. Aug. Constitutio, De Privilegiis & immunitatibus Clericorum, p. 107.

ALBERTVS II.

ALberti IV. ArchiDucis Austriæ & Johannæ F. multis animi corporisq; dotibus ornatissimus Princeps, fortunâ faventissimâ pariter & fugacissimâ usus est Paucis enim post soceri Sigismundi Imperatoris mortem mensibus; factus est Dux Lucelburgius, Marchio Moraviæ, Rex Hungariæ & Bohemiæ, tandem etiam Rom. Imperator: quâ dignitate tamen functus est non integro biennio. Contra Amurathem enim Turcarum Tyrannum, Ungariam incursionibus depopulantem, expeditione susceptâ, cum hostium copias rejecisset, solutoque exercitu Budam repetiisset, insolito caniculæ æstu fatigatus, peponibus sitim sedare volens in solutionem ventris incidit, & diarrhæa exhaustus, maximo Reip. Christianæ damno Princeps religiosissimus atque fortissimus obiit 6. Cal. Novembr. Anno Ch. 1439. in Alba Regali ad soceri latus sumtuosissimè sepultus.

FRIDERICUS III. reverâ V.

ARchiDux Austriæ ob præclaram generosi ingenii indolem, sapientiam, gravitatem morumquè integritatem post Alberti Cæsaris obitum communi Electorum voto, summo in honoris apice collocatus, motibus Austriacis sedatis Romam ad solennem inaugurationem est profectus. In itinere Sponsam Eleonoram Portugalliæ R. Alphonsi sororem, navibus in Italiam advectam Senis excepit, cum qua à Nicolao Pontifice in ipsis nuptiarum solennitatibus Imperiali diademate est redimitus Anno 1452. Pacis & quietis per omnem vitam fuit amantissimus, unde & Pacifici cognomen est sortitus: Multa tamen Ipsius auspiciis per alios feliciter bella sunt confecta. Quorum non ultimum illud contra Armeniacos, Gallorum colluviem, (vulgo nominatos, die armen Gecken) gestum, qui à Galliæ Rege ad turbandam Basileensem synodum Anno 1444. emissi fuerant. Itemquè duo illa longê gravissima cum Alberto fratre & Matthia R. Hungariæ, in quarum utroquè, uti temporum illorum historiæ testantur, iniquam satis fortunam suorumq; perfidiam est expertus. Anno 1482. in Brugenses aliosquè Flandros movit, qui Maximilianum filium captivum tenebant, liberato eo, paucorum suppliciis contentus, omnem discordiarum fomitem sustulit. Senio gravis cum pedibus subinde laboraret, Lincii Austriæ ut plurimum commoratus, ibidemquè ex melonum in caurione usu alvo solutâ viribusquè exhaustis obiit A. C. 1493. ætatis vero 78. Viennæ in æde S. Stephani sub splendidissimo monumento sepultus.

Varia, ad Imperatoris hujus Vitam Resq; gestas pertinentia Monumenta ab oblivione sunt vindicata, ut apud *Freherum* To. II.

M. Jacobi Motzij, Theol. Legati Cæsarei coram Seren. Alphonso R. Portugalliæ *Oratio, pro Filiâ ejus Leonorâ Friderico Cæsari desponsandâ. A. 1451. p. 15.* 34. (769)

Ad eundem Regem Alphonsum super prædicto connubio Friderici & Leonoræ *Incerti Auctoris gratulatoria Oratio*: p. 18.

Oratio Legati Cæsarei pro Coronatione Friderici R. Rom. ad Nicol. V. P. P. cum petitione ad eundem pro Concilio generali. A. 1451. p. 21.

Oratio

Oratio ſvaſoria ad Nicol. V. P. R. ut Cæſarem Fridericum in Turcos paſſagium parantem modis omnibus adjuvare velit. A. 1451. p. 25.

135. (770) *Thadæi Quirini* Patricii Veneti ad Frider. III. Rom. Imp. nomine ſuæ Reip. *Oratio gratulatoria.* p. 28.

Alia *Oratio* pro Vicario Cremonæ ad eundem Imp. Fridericum adventantem, habita penes Lauretum 13. Cal. Jun. 1452. p. 30.

136. (771) *Michaelis Apoſtolij Byzantini Oratio acclamatoria* ad Imper. Frider. III. rogatu Ariſtonymi Byzantini, germ. lat. An. 1457. p. 33.

137. (772) *Æneæ Piccolominei*, Senenſis, Cardinalis, de his quæ Friderico III. imperante in Germaniâ & per totam Europam geſta ſunt, usquè ad Ann. 1458. p. 37.

138. (773) De Friderici III. Imperatoris in Italiam profectione votivâ, & honorifico Romam adventu, quidquè ibi cum Paulo II. Pontif. egerit. A. 1459. *Jacobi Picolomini* Cardin. Papienſis, *Narratio* è Commentariorum ejus lib. VII.

139. (774) De Comitiis Imperii ſub Frider. III. Imp. apud Ratisbonam celebratis, An. 1471. ex *Auguſtini Patricij Commentationibus*:

Item *Johannis Antonij Campani* ad Jacobum Cardinalem Papienſem ex iisdem Comitiis, de rebus ibi geſtis *Epiſtolæ familiares.* p. 143.

De congreſſu, Frider. III. Imp. & Caroli Ducis Burgundionum apud Trevi-
140. (775) rin facto A. 1474. Hiſtoriola perelegans, ex *Arnoldi de Lalain* Epiſtolâ gallicâ, vertit *Rudolphus Agricola.*

Apophtegmata Imperator. Romanor. Rudolphi, Caroli IV. Sigismundi, Alberti, Friderici III. per *Poggium Florentinum, Æneam Sylvium, & Henricum Bebelium* conſignata. p. 175. eid.

Friderici III. Imp. *Epiſtolæ* aliquot. p. 181.

Præterea laudantur etiam MARQ. FREHERO, To. II. quæ tamen non exhibet.

141. (776) *Nicolai Epiſcopi Hipponenſis* de Frider. III. Imperatoris & Leonoræ Portugalliæ Reginæ Deſponſatione, Benedictione & Coronatione: tum de Maximiliani R. ejus ſororis Cunigundæ nativitate, *Hiſtoriola*, è variis litrrarum monumentis & fragmentis concinnata. *Auguſtæ A.* 1503 idiomate germanico.

142. (777) *Æneæ Sylvij* Poëtæ, Oratoris & Imperialis Curiæ Secretarii de Friderici III. itinere, nuptiis, coronatione & reditu, *Commentariolus.*

Tomo III. v. leguntur,

Antonij Panormitæ Oratio in Coronatione Frider. III.

143. (778) *Jannotij Manneti Oratio gratulatoria* in coronatione Ejusd.

144. (779) Narratio de Frider. III. profectione votivâ, nec non &

Deſcriptio Electionis & Coronationis ejus.

In Syntagmate vero Rerum Germanicarum adhuc edendo, ſequentia publicanda promiſit Dn. LAMBECIUS.

Concordata de beneficiis Eccleſiaſticis Germaniæ inter Papam Nicolaum V. & Imp. Fridericum V. quæ extant in Augg. Bibl. Cæſ. inter Cod. MS. hiſtor. latinos 305.

Johannis de Zredna, Protonotarii Cancellariæ R. Hungariæ *Epiſtolas* hiſtori-
145. (780) cas, de rebus geſtis inter Imperatorem Frider. V. & Regnum Hungariæ ab Anno Ch. 1145. usq; ad Ann. Ch. 1451. collectas in unum volumen membranaceum, & Annotationibus marginalibus illuſtratas à *Paulo Iwanich* Diœceſeos Zagrabienſis Presbytero & Rectore Altaris S. Pauli Apoſtoli in Eccleſiâ Waradinenſi. d. 12. Jan. 1451. Ipſum illud volumen extat adhuc autographum in Augg. Bibl. Cæſ. &c. inter MSS. Cod. hiſt. lat. 243.

Nicolai Langmanni de Falckenſtein, qui unus fuit ex duobus Sacerdotibus &
146. (781) Sacellanis, quos Imp. Fridericus V. A. C. 1451. tanquam legatos & Oratores ſuos, annuli pronubi Sponſæ ſuæ Eleneoræ offerendi cauſa in Luſitaniam miſit, *Hiſtoriam* Deſponſationis & Coronationis jam memorati Imperatoris Frider. V. & Conjugis Ipſius Eleonoræ, deſumtam ex Augg. Bibl. Cæſ. auth. Cod. ipſius *Nicolai Langmanni* p. m. manu ſcripto, qui inter Codd. MSS. Ambroſianos eſt 3377. Accedunt etiam huic Hiſtoriæ Annotationes neceſſariæ, cum Tabb. chronolog. *Columbani de Pontumulo*,

tumulo, ad Nicolaum de Pontremulo, Ducis Mediolani Secretarium & apud Papam Nicol. V. Oratorem *Descriptionem Coronationis Imp. Frider. V.* A. C. 1452. quæ extat in Aug. Bibl. Cæs. antiquo Cod. MS. inter Cod. d. MSS. Philos. & Philolog. lat. 143. unâ cum Oratiunculâ, quam Ladislaus, Imp. Alb. II. Filius, Hung. & Bohemiæ Rex, eodem tempore ad Papam Nicol. V. Romæ habuit. *Goswini Mandoctæ* Cantoris in Capellâ Papæ Nicol. V. 147.(782) 148.(783)

Descriptionem Introitus Imp. Frider. V. in Urbem Romam & subsecutæ coronationis, quæ extat in Aug. Bibl. Cæs. inter Codd. MSS. lat. 85.

Acta publica rebellionis Austriacorum contra Imp. Frider. V quæ extant in Augg. Bibl. Cæs. auth. inter Codd. MSS. histor. lat. 280. 281.

Anonymi cujusdam coætanei, Descriptio Exequiarum Imp. Frider. V. n. 449.

Bernhardi Bergeri, Præfecti Senatus Vindobonensis, qui german. dicitur, der Stadt Anwald / *Oratio* in funere Imp. Frider. III. seu potius V. ad Imp. Maximilianum publicè habita, p. n. 84. 149.(784)

Diplomata varia hactenus inedita ad Imp. Friderici V. Vitam & res gestas pertinentia, & ex diversis Augg. Bibl. Cæs. antiquis Cod. MSS. collecta, & ordine chronologico edita cum Additionibus necessariis. 150.(785)

ÆNEÆ quoquè SYLVII. Descriptionem Vitæ hujus Imperatoris edere, supplere, & multis publicis documentis illustrare constituerat JOH. HENR. BOECLERUS, (uti & Ejus Editionem in Francof. Catalogo indicaverat) sed operi immortuus, genero suo & successori dignissimo, *Ulrico Obrechto*, perficiendum reliquit, teste Adm. Rev. Dn. *Spenero, Sylloge Geneal. Histor. p. 36. Editionis posterioris.* 151.(786)

MAXIMILIANUS. I.

IMperatoris Frid. V. & Leonoræ Portugalliæ F. qui primus ArchiDucis Austriæ titulum usurpavit, à Parente in regni consortium ascitus, & Aquisgrani à Coloniensium Archipræsule solenni Majorum ritu coronatus, Imperium successione retinuit. Princeps omnium virtutum laude longè clarissimus, vitæ innocentiâ temperantiaquè nemini secundus, laborumquè tolerantissimus. Ab infantiâ nihil fere locutus, ad decimum usquè Annum perhibetur, dein septem lingvis loqui didicit, ut omnibus fere populis sine Interprete Jura diceret & responderet. In adolescentiâ non sine temeritate, in venatione cumprimis, quâ corpus durabat, & alibi gravissimis se periculis objecit, singulari tamen Dei providentiâ ubiquè defensus. Anno 1478. Pater ei Mariam, Caroli Ducis Burgundiæ filiam, & cum eâ Belgii hereditatem obtinuit. Multa adversus Turcas, Gallos Venetos, Helvetios aliosquè favente plerumquè Marte, bella gessit, Nequè minus pacis etiam artibus egregius fuit, Literas impensè amavit, Bibliothecam Viennensem primus instituit. Militiam Germanicam, in ordinem redegit, & jus militare & disciplinam, usus in plerisquè consilio *Georgii Fronsbergii* reparavit. Cameræ Imperialis, quæ ambulatoria prius fuerat, Spiræ jecit fundamenta. Febre tandem, alviquè profluvio exhaustus Welsæ in Austriâ Vitâ per tot discrimina ductæ finem fecit, atquè sarcophago, quem integro jam biennio, vel, quinquennio, ut nonnulli tradunt, arca inclusum in mortalitatis recordationem circumduxerat, conditus est.

Imperatoris hujus fortunæ rerumquè gestarum monumenta supersunt complura, partim ab Ipso partim ab aliis consignata. Sæpissimè enim laudatus nobis Dn. LAMBECIUS, *Comment de Bibl. Cæs. lib. 2. c. 8. p.* 967. & seqq. nonnullos de Imperatore hoc Bibliothecâ Ambrasianâ libros MSS. repertos refert, quos bonâ Dn. Auctoris, & Lect. Benev. veniâ brevibus hic recensere operè pretium erit:

Videlicet Numero 322. Volumen ingens germanicum chartaceum in fol. quo continetur, *Historia Vitæ & rerum gestarum Imp. Friderici V. & Imp. Maximil. I. ab Ipso Imp. Maximiliano I. prosâ oratione composita, & à Secretario ejus Marco Treitzsaurwein ab Ehrentreitz. pure descripta, atq; elegantissimis Imaginibus ligno insculptis exornata.* Titulus operis est, Der weise König / h. e. *Rex sapiens*, &c. Dignissimum, ipsiq; Judicio Opus, ut beneficio typographiæ publici fiat juris, & vete- 152.(787)

rum Monumentorum Germanicorum amatoribus integrum legendum exhibetur.

N. 327. 328. 329. 330. Volumina 4. germanica chartacea in fol. quibus continentur, *Adversaria Historiæ rhytmicæ variorum periculorum Imp. Maximil. I. vernaculo sermone* Der Theurdanck / de cujus Auctore vide etiam *Zeilerum parte sec. Histor. Chron. &c. p.* 109. & *Placium de Scriptis & Scriptoribus anonymis & pseudon. c.* 11. *pag.* 91. 92. *inscripta*; cujus etiam perfectum aliquod exemplar in Augg. Bibl. Cæs. asservatur, quod *Norinbergæ* typis *Joh. Schönspergeri A.* 1517. in membranâ impressum, & multis elegantissimis Imaginibus coloratis mirificè exornatum est.

153. (788)

154. (789) Num. 331. Volumen germanicum chartaceum in fol. quo continentur. *Varia antiqua monumenta, ad Imp. Maximil. I. vitam & res gestas pertinentia, & ex Ipsius dictantis ore à Secretario Ejus A.* 1512. *excepta*, ut ex sequenti Titulo germanico videre est: Was in diesen Buch geschrieben ist / das hat Käyser Maximilian in XV. hundert und XII. Jahr mir Marxen Treytzsaurwein / seiner Käyserl. Mäjestät. Secretario mündlich angeben: Extant autem ea ibi hoc ordine.

Descriptio Triumphi quem Imp. Maximilianus I. in honorem & memoriam rerum à se gestarum haberi voluit. Præfixâ autem illi est Imago Ipsius Imp. Maximiliani, tanquam sedentis in solio Imperiali, & supra memoratum Secretarium alloquentis his verbis:

Die in meinen Dienst haben gestritten ritterlichen und nach Ehren /
Die schreib in meinen Triumf ihnen zu einer Gedächtniß hie auf Erden.

II. *Descriptio Arcus triumphalis, quem Imp. Maximil. I. erigi voluit in memoriam suæ pietatis, & sacrarum suarum fundationum.* Ipse tituli germanici verba sunt hæc: Hernach folgt der Arcus der Dreyer Swybögen Käyser Maximilians Andacht und Stifft.

III. *Catalogus cognatorum & Affinium Imp. Maxim. I. secundum gradus cognationis & affinitatis.* Titulus ejus & principium sic habent: Vermerckt K. Maximilians Gesipt und Geschwägert Freund: Loys König zu Franckreich Gesipt in fünfften Grad / Ferdinand König in Hispany Geschwägert in andern Grad / &c.

IV. *Catalogus Imperatorum & Regum, qui bene imperarunt.*

V. *Catalogus Urbium quas Imperator Maximil. I. in Belgio Burgundiâ Austriâ inferiori, Italiâ, Goriciâ, & Carniolâ armis expugnavit.* Ipsa tit. Germanici verba sunt hæc: Hernach folgen die Städt / die K. Maximilian mit dem Schwerdt erobert hat / Am ersten in Niderland und Burgundischen Lande / Gent / Pruck, Yper / Alst. &c.

VI. *Catalogus exercitiorum aliquot equestrium Imp. Maxim. I.*

VII. *Catalogus librorum ab Ipso Imp. Maximiliano I. compositorum*, (quos omnes etiam in Augg. Bibl. Cæsareâ asservari adhuc MSS. testatur Dn. Auctor) Extat autem is ibi h. m.

Vermerckt die Bücher / die Käyser Maximilian selbst macht. Grab. 2. Ehrenporten / 3. Weise König. 4. Theurdanck; Freydanck / 5. Triumpfwagen; Stamm Chronick; der Stamm; Artolerey. 6. Die sieben Lustgezirck; Wapenbuch; Stallbuch; Platnerey; Jägerey; Valcknerey; Fischerey; Gärtnerey; Paumeisterey; Moralität; Andacht; Sanct Jörgen.

VIII. *Imp. Maximil. I. Inventa quædam Artis gladiatoriæ.*

IX. *Annotationes quædam miscellaneæ ejusdem sæpe laudati Imperatoris.*

155. (790) Num. 332. Volumen german. chartac. in folio, quo continetur *Imp. Maximiliani I. Liber memorialis variarum Annotationum miscellanearum quas ex ore dictantis excepit Ejus Secretarius.* Titulus voluminis germanicus est hic: K. Maximilians Gedenck-Büchel. Auff der Käyserl. Majestät / mündlichen Befehl hat Marx Treytzsauwein die hierinnen begriffenen Sachen eingeschrieben / *Anno* XV hunderts in den 9. 10. 12. & 13. Jahren

N. 333. Vo-

N. 323. Volumen. German. chartaceum in fol. quo continentur *Imp. Maximil. I. Opuscula quatuor, quorum tituli germanici:* Gärtnerey/Falcknerey/Jägerey/Kellerey. &c.

N. 334. Volumen german. in folio, elegantissimis & spectatu dignissimis Imaginibus antiquis exornatum, quo continetur *Descriptio omnium lacuum, piscinarum, & amnium pisciferorum in Comitatibus Teriolensi & Goricensi, jussu Imp. Maximil. I. composita, à Wolffgango Hohenleiterz Anno.* 1504. 156. (791)

N. 1335. Volumen chartaceum in fol. quo continentur *variæ antiquæ Tabulæ Topographicæ, ad res gestas Imp. Maximil. I. pertinentes.*

Apud M. FREHERUM autem *Parte sec. Script.* leguntur sequentia.

CONRADI WENGERI, *de bello inter Venetos & Sigismundum Austriæ ArchiDucem* [qui senio gravis Imp. Maximil. adoptavit] *gesto Anno* 1487. *p.* 215. 157. (792)

Oratio extemporalis habita ad Maximil. R. invict. à PALLANTE SPANGEL, *Theol. Heidelberg. nomine ejusdem Universitatis Anno* 1489. *p.* 221. 158. (793)

JASONIS MAYNI JCti. &c. ad Maximil. R. Rom. in Ejus & Augustæ Blancæ Mariæ Nuptiis Epithalamium p. 223. 159. (794)

PANDULPHI COLLENUTII, JC. & Equitis, Ferrariæ Ducis Legati, *Oratio ad Augustiss. Principem Maximil. Cæs. Rom. p.* 228. 160. (795)

HENRICI GLAREANI, ad Maximil. Imp. Panegyricon. p. 233. & apud *SCHARDIUM. To.* 1. *p.* 336. 161. (796)

Maximiliani I. Imp. Privilegium Erectionis Collegij Poëtarum & Mathematicorum in Viennâ. p. 237.

VINCENTII LONGINI ELEUTHERI Silesitani, AA. & Phil. D. Poëtæque laureati, *ad D. Maximil. R. Rom. Panegyricus pro instituto & erecto Collegio Poëtarum & Mathem. in Viennâ Pannoniæ. p.* 239. 162. (797)

HENRICI BEBELII, *Ecloga triumphalis de Victoriâ Cæsaris Maximiliani contra Bohemos, cum quibusdam aliis ejus Carminibus. p.* 351. 163. (798)

MICHAELIS COCCINII Tubing. *De bello Maximil. Imp. cum Venetis gesto A.* 1511. liber unus. *p.* 267. 164. (799)

HIERONYMI NOGAROLI, Comitis, *ad Sacr. Maximil. Cæsarem pro Vicentinis habita Oratio p.* 301. 165. (800)

JOHANNIS CUSPINIANI Diarium de Congressu Cæsaris Maximiliani & Trium Regum, Uladislai Hungariæ, Ludovici Bohemiæ, & Sigismundi Poloniæ in Urbe Viennensi facto 17. *Jul. Anno* 1515. *p.* 304. 166. (801)

Hodœporicon seu Itinerarium Reverendiss. Dn. MATTHÆI, *Cardin Gurcensis, quæque in conventu Maximiliani Cæs. & Regum Uladislai, Sigismundi & Ludovici memoratu digna gesta sunt, multis insignibus Orationibus, Epistolis, Carminibus insertis, per RICHARDUM BARTHOLINUM Perusinum p.* 334. 167. (802)

JACOBI MANLII Friburg. *Historiola duorum Actuum Anno* 1518. *Augustæ habitorum* I. *Investituræ Cardinalitiæ dignitatis Alberto Brandenb. Archiep. Moguntino collatæ.* 2. *Gladij & pilei per Pontificis Legatum Maximil. Imp. donati. p.* 397. 168. (803)

JOHANNIS FABRI. Theol. *Oratio funebris in depositione glorios. Imperatoris Maximil. in oppido Wels, Austriæ.* d. 16. Jan. *A.* 1519. 169. (804)

GEORGI SAUROMANII, Oratio ad Augg. Principes, Carolum electum Ro. Imp. & Ferdinandum Germ. post obitum Maximil. p. 421. 170. (805)

PETRI ÆGIDII, Θρηνῳδία qua Genius Maximiliani Cæs. inter præficas in pompâ funerali mortem ejus deplorat, cum Scholiis Spiegelianis. p. 426. 171. (806)

Tomo *III.* verò inveniuntur: 172. (807)

CAMILLI GILINI Comm. de expeditione Maximiliani Italicâ, & Descriptio Telinæ Vallis, & Lacus Larij.

LEONIS X. Epistolæ 3. *de obitu Maximiliani Imp.*

Pertinent huc etiam:

173. (808) *Currus triumphalis Honori & Memoriæ immortali D. Maximil. I. Rom. Imp. inventus* à CL. V. BILIBALDO PIRCKHEIMERO. inter *Opera* ejus edita à GOLDASTO. p. 172.

Porta honoris, hoc est, Descriptio Portæ Honoris quondam Cæs. Maj. Maximil. I. Anno 1515. *erecta, per* JOHANNEM STABIUM, *Viennensem Cæsar. Historiogr.* p. 176.

174 (809) *Mausoleum D. Maximiliani I. &c. Oeniponte in aulâ novâ conspiciendum.* p. 191.

175. (810) Tandem & adjiciemus GEORGII SIBUTI DARIPINI Poetæ laureati, *Panegyricum, De D. Maximiliani Cæsaris adventu in Coloniam deq; gestis ejus, tum admirandâ Virtute & Majestate.*

Itemq; *De reditu Ejusdem in Coloniam, cum laude & præstantiâ potiorum Principum Alemanniæ Sapphicum. Variaq; ad Heroes carmina in illâ Diætâ pariter effusa. Colon.* 1505. 4.

Imperatoris hujus optimi Constitutiones, tam religiosas quam civiles, quas exhibet parte sec. GOLDASTUS, quoniam temporibus nostris sunt viciniores, partim etiam inter *Recessus Imperii*, & alibi leguntur, brevitatis studio hic omittimus & ad reliqua properamus:

CAROLUS V.

PHilippi Hispaniarum Regis Filius, Imperatoris Maximiliani I. nepos, Gandavi Anno 1500. in die S. Matthiæ, quem faustissimum sæpe dein expertus est, natus, juventutem sub egregiis formatoribus laudatissimè exegit. Vix pubertatis annos attigerat, cum tot regnorum hereditatem adiit, quæ ita tamen est moderatus, ut omnium in se Principum oculos & studia verteret: A Divi Maximiliani excessu, cum Imperium Ro. capite careret, post habito Francisco Galliarum Rege, Imperator, annitentibus maximè Moguntino & Saxone Electoribus, creatus nihil antiquius habuit, quam ut leges saluberrimas ferendo & instaurando Imperium exornaret, quem etiam in usum Spiræ Nemetum prætorium tribunal veluti justitiæ sacrarium à Maximiliano I. fundatum emendavit auxitque. Belgio multa adjecit, Ultrajectum & Transisalaniam, resignatione Episcopi Henrici, qui se adversus Carolum Geldriæ Ducem tueri longius diffidebat; *A.* 1528. Geldriam: inde Grœningam spontaneâ submissione, nec non Cameracum, & Lingam Teklenburgio Comiti extortam sibi subjiciens, *A.* 1543. Belgium universum uni circulo Burgundico inclusum reliquis circulis associavit: Bella cum variis varia, sed semper provocatus, & fere feliciter gessit, quorum paucissima, Lectorem Ben. ad *Thuani, Meterani, Sleidani* aliorumquè Historicorum fontes remittendo, memorabimus. A. 1525. in ipsâ D. Matthiæ dice sacrâ, ad Ticinum, Franciæ Regem, cùm præcipuis Ducibus victum, captumquè Madritum in Hispaniam traxit, quem tamen certis conditionibus præscriptis, regiisquè liberis obsidibus acceptis dimisit. Romam ipsam, Carolo Borboniæ Duce *A.* 1527. cepit, In Africam duæ ipsi susceptæ expeditiones: priori An. 1535. Muleassem in Turetanum Regnum victo Barbarossa restituit; sed alterâ, cùm fortunâ adversante naufragium fecisset, tanta animi præsentia cladem eam tulit, ut prioribus præliis hostes, hac vero, fortunam, mare, imò seipsum vicisse videretur. In Americâ per Ferdinandum Cortesium multa prosperè acta, ipsumquè Mexicum captum. In Germaniâ, ubi Religionis causâ varia sunt acta; B. Lutherum primis Comitiis Wormatiensibus; in gratiam, sine dubio Pontificis, proscripsit: cumprimis *A.* 1529. Spiræ decretum promulgatum, ne quid novi Religionis causâ fieret, contra id Protestantibus Principibus nomen peperit. Anno 1530. Carolo Augustæ Vindelicorum Confessio nostra est exhibita, quam Imperatoris jussu variis lingvis exscriptam, plures sed irrito conatu confutare sunt ausi: Anno 1544. exortum bellum Schmalkaldicum (cujus causas operoso volumine exponit Frid. Hortlederus, supra laudatus) in quo infelicius rem gerentibus Joh. Friderico Saxone & Philippo Hassiæ Landgraviæ, captis, diutinaq; custodiâ detentis, triumphata fere Germania videbatur, & formu-

lâ

lâ Interimisticâ Statibus undiquè obtrusa. Sed ex illo omnia ferè in pejus fuere; Magdeburgum enim animosè resistit: Ipse à Mauritio cum aliis fœdere junctis Oeniponte fugatur, tandemquè Metim, sed frustra, obsidens; ad fortunæ suæ metam quasi offendisse visus est: Anno igitur 1555. senio, viriumquè imbecillitate, ut ad novissima se pararet, moneri arbitratus, Philippo filio Hispaniam & ditiones hereditarias, annuâ sibi pensione servatâ, Bruxellis concedit: Imperii autem insignia per legatos ad Ferdinandum Fr. jam antea Rom. Regem designatum transmittit, & sequenti in Hispaniam trajiciens, se, ut pridem devotionis amans, & plus cum Deo quam hominibus loqui dictus, in Monasterium S. Justi in valle Toletanâ se abdit, ubi biennio integro, cumprimis lectione. D. Bernhardi, hujusq; de duplici Christi hereditate animam in agone erexit, quam A. 1558. placidè reddidit; Granatæ in cathedrali Ecclesiâ, cum insigni elogio sepultus.

Fidei sanè & Confessionis, quam Carolus in extremis etiam amplexus est, conjecturam facile suppeditare poterit, is qui morienti adstitit, & à confessionibus fuerat, Constantinus Pontius, Lutheranismi postea accusatus, cujusq; in carceris squalore extincti corpus publicè flammis est exustum, teste *Thuano hist. lib. 23. p. m. 1052. Edit. Francof.* 8.

Ad gloriosissimi hujus Imperatoris historiam maximè conducere videntur:

HIERONYMI GEBVILLERII, *ortus Caroli V. & Comitura Habspurgica*, *Lovan.* 1650. 8. 176. (811)

HIERONYMI BALBI Episcopi Gurcensis, *de futuris Caroli V. Cæs. successibus vaticinium*: apud *Schard. To. 2. p. 19.* 177. (812)

GEORGIUS SABINUS *de Electione & coronatione Caroli V. Imperatoris, cum Epigrammatis quibusdam Hermanni Comitis de Nuenar.* apud *Schardium To. II. pag. 1.* 178. (813)

HARTMANNUS MAURUS, Consil. Archiep. Colon. *de Coronatione Caroli V. Imperatoris. ap. Aquisgranum.* Ibid. p. 17. & separatim, *Basil.* 1574. & *Francof.* 1614. 179. (814)

De Electione Caroli V. Collectore CHRISTIANO EBERHARD, Prof. Hist. *Helmst.* 1660. 4. 180. (815)

Discussio Historico-Juridica Voti septemviralis gravissimi, quod post obitum Maximil. I. Imp. in Comitiis Electoralibus pro Carolo Austriaco Rege Hispaniarum contra Franciscum Galliarum Regem dixit Albertus Cardinalis, Arch. Mog. à Joh. Sleidano consignati; *præs.* BENEDICTO CARPZOVIO. JC. *Lipsiæ* 1650. 4. 181. (816)

Francisci R. Galliæ Legatio ad Electores: apud FREHER. *Script. To. III.*

Hermanni Oratio pro Carolo. V. 182. (817)

Jacobi Sobij Oratio pro eodem.

Electoram legatio ad Carolum V. cum Responso. Itemquè *Flandrorum legatio ad Eundem.*

Petri Ægidij hypothesis spectaculorum in honorem Caroli V. Antwerpiæ editorum: Ibid.

De duplici Coronatione Caroli V. Cæsaris apud Bononiam Historiola, auct. HENR. CORN. AGRIPPA, armatæ militiæ Equite aurato, U. J. D. & S. C. M. Consil. apud *Schard. To. II. p. 266.* & *Basil.* 1574. 183. (818)

Ejusdem in Triumphalem Cæsaris coronationem Epigrammata, &c. p. 275.

Caroli V. Cæsaris Aug. Expeditio in Africam ad Algieram per NICOL. VILLALOGNONEM, Equidem Rhodium: *Ap. Eund.* p. 365. 184. (819)

JOH. CHRISTOPH. GALVETI STELLÆ, *de Aprodisio expugnato, quod vulgo Africam vocant, Mauri Mabadam, Comm. ad Carolum V. Cæsarem Aug. Ibid p. 370.* 185. (820)

Papiensis obsidionis, & eorum, quæ in eâ accidere historica Narratio, ab HADRIANO BARLANDO, Prof. Lovan. *conscripta. Ib. p. 607.* 186. (821)

NICOLAI MAMERANI. Lucenburg. *brevis, & perstricta in paucula verba Relatio præcipuorum gestorum Dn. Caroli V. Imp. p. 601.* 187. (822)

Epigrammà de laboribus Caroli V. Bas. 1574.

WILHELMI ZENOCARI à *Schauenburgo* libro V. *de Rep. & Vita Imp. Caroli V. Antw.* 1596. *fol.* 188. (823)

189.(824) *Vida del Emperador Carlos V. por Don* JVAN ANTONIO *Figveroa, Bruffel* 1656. 4.

190.(825) *Historia de la Vida y Hechos del Emperador Carlos V. por* PRUDENCIO de SANDOVAL, è 2. vol. *Pamplon* 1636. fol.

191. (826) Des Großmächtigsten Käysers Caroli V. Leben/hochlöbl. Tugenden und Heldenthaten/welcher Anno 1500. gebohren/ 1515. in Niderland / Anno 1517. in Spanien. 1519. im Röm. Reich zu regieren angefangen/und Anno 1558. sein Leben geendet und beschlossen: Erstlich in Latein von D. Davide Chytræo beschrieben/und jetzund von *Joh. Georg. Godelmanno* der Rechten D. verdeutscht. Leipz. 1595. 8.

192.(827) WILHELMI GODOLEVÆI, *Historiola de Abdicatione seu Renunciatione Imperij & Regnorum à Carolo V. Imperatore facta, Anno* 1555. *& Electione Ferdinandi Imperatoris, rebusq; , quæ inter utramq; acciderunt*: ap. *Schard.* To. 2. p. 638.

193. (828) JOH. ANTONII VIPERANI, *Laudatio funebris Caroli V. apud* FREHERUM. To. 3.

194.(829) CAROLI V. *Cæsaris, Rom. Imperatoris Maximi & Fortissimi, Immortalitas, Auct.* D. ANATOLIO DES BARRES, *Sequano, Invictissimi Philippi Hispan. R. &c. Nobili domestico. Anno* 1559. 12.

Comitiis vero Augustanis An. 1530. celebratis, inq; iisdem oblatæ, indequè denominatæ Confessioni inserviunt.

195. (830) GEORGII COELESTINI, D. *Historia Comitiorum A.* 1530. *Augustæ celebratorum, repurgatæ doctrinæ occasionem, præcipuas de Religione deliberationes, Consilia, postulata, Responsa pacis & Concordiæ media, pompas, Epistolas &c. continens*, Tomis VI. *Francof. ad Oderam.* 1597. fol.

196.(831) DAVIDIS CHYTRÆI, *Historia Aug. Confessionis continens seriem variarum Deliberationum & Actorum in causa Religionis eo tempore, quo Augusta Confessio fidei, quæ & ipsa inserta est, Carolo V. Imp. à Joh. Electore Saxoniæ, & conjunctis Principibus & civitatibus in Comitiis A.* 1530. *exhibita est. Francof.* 1578. 4.

197. (832) Tandemquè JOHANNIS SAUBERTI. *Miracula Augustanæ Confessionis*, Nürnberg. 1631. 4.

FERDINANDUS I.

MEdinæ in Castilia natus quidem sed Germanici sangvinis, lineæquè Austriaco-Germanicæ parens satorquè felicissimus. Ductâ in matrimonium Annâ Ludovici Regis Hungariæ sorore unicâ, non tantum matrimonii hujus, sed etiam pactorum de successione An. 1515. initorum jure, Ludovico à Turcis ad Mohaz cæso, à maximâ armatæ multitudinis parte, in Comitiis Hungariæ Rex est nuncupatus.

Verum, cum maximo Christianæ Reip. damno, æmulum esset expertus Johannem Zapoliam C. Scepusium, Transylvaniæ Principem funestum inter Ferdinandum & Turcas bellum exarsit, quod vario Marte gestum, & subinde interruptum, propugnaculorum tandem quorundam jacturâ finitum est: Tentata imò ipsa à Solymanno Turcarum Tyranno A. 1529. Vienna Austriæ, sed fortissimè à Philippo C. Palatino defensa est, hoste turpi tandem fugâ multaquè suorum strage ab obsidione remoto, A. 1527. Pragæ solenni ritu Bohemiæ Rex est inunctus; quibus dignitatibus cumulus etiam accessit, summus Christiani Orbis honos Regnum Romanorum. Quippe consentientibus Electoribus. Statibusq; Imperii, Anno 1531. Coloniæ à Carolo V. Fratre Successor in Imperio & Rex est designatus. Bello Smalcaldico, quod cum Fratre impiger gessit, Ejus jussu Johannis Friderici ditiones invadens, plura ibidem damna dedit; Bohemos interim minus obsequentes expertus, quibus supplicibus culpam remisit quidem, sed omnia privilegia, mulctâ indictâ ademit. Anno 1555. Passaviensi transactione Paceq; religiosâ Germanicos motus composuit, optimè hac ratione de quiete publicâ meritus, quæ Palladio hoc immoto felicius durasset, & imposterum etiam erit duratura. Fratre demum Carolo dignitatibus suis se abdicante Imperium Ipse suscepit, & Anno 1558. Francofurti inauguratus laudatissime illud administravit. Decessit demum

Anno

Anno 1564. Viennæ Austriæ, cum Sexaginta ætatis annos & aliquot menses explevisset: Princeps prudentiâ, liberalitate, mansvetudine, clementiâ & probitate nulli secundus. Studio planè singulari Concordiam in Religione obtinendi, Georgii Cassandri hac in re opera potissimum usus tenebatur. Tridentinis Patribus, cum spes de illis suas fa sas esse videret indignatus, Calicis, adeoquè integræ sacræ cœnæ usum suis permisit: Vid. GOLDASTUS Constit. p. 2. sub finem. Literas Ejus ad B. Lutherum, multâ benevolentiâ refertas Benevolus Lector passim inveniet. Inter summa, quæ Deus ipsi in Imperii gubernatione concessit, primum atq; maximum ducere ajebat, quod ad sedandas discordias publicas animum adjecisset, & tolerantiæ in Religione formulam Benignissimus Deus in mentem sibi dedisset. Sic se gerendo minime est mirandum, si Ejus & vita fuit tranquilla, & mors acerba.

Vita Ipsius & res gestæ, quoniam maximam partem cum Actis Caroli V. germani sunt conjunctæ, ideo & huc spectabunt Auctores superius laudati, quibus accensebimus, ALPHONSO ULLOA, *Vita del Imperator Carolo V.* Impr. *Venet.* 1566. 4. 198. (833)

Extant præterea,

Rerum contra Turcas, Auspiciis Ferdinandi Austriaci, Cæsaris, Impr. *Fr. Anno* 1556. *in Interamnensi Pannoniâ gestarum historiola. Dialogo conscripta.* auct. BASILIO HEROLDO. apud *Schard.* To. 2. p. 585. 199. (834)

Item: *Rei contra Turcas gestæ An.* 1556. *brevis descriptio, cum adjectâ chorographiâ, ubi præliorum, pugnarum, oppugnationum & expugnationum, locorum item in quibus præclarum quidquam gestum, Regionisq; situs & confinia elegantissimè exprimuntur:* auct. WOLFGANGO LAZIO Vienn. Regio Histor. & Medico, apud *eund.* p. 581. JACOBI MASENII, *Historiam Caroli V. & Ferdin.* I. vid. supra Parte sec. n. 138. (608.) 200. (835)

BASILII JOH. HEROLDI, *Oratio in obitum Ferdin. I. Imperat. Francof.* 1564. 4. est impressa. 201. [836]

Pollicetur etiam Dn. LAMBECIUS, in *Syntagmate Rerum Germ. Imp. Ferdin. I. Fata Astrologica,* conscripta à BALTHASARE SARTORIO, Uralisl. an. 1553. 202. (836) ut & *Nativitates seu Themata genethliaca Imp. Frid. III. seu potius V. Eleonoræ, Conjugis Imp. Friderici. Maximiliani I. Imp. Philippi I. R. Hispan. Caroli V. Isabellæ Filiæ Philippi R. Hispan. Elisabethæ, Filiæ Imp. Ferdin. I. Maximiliani II. Annæ Filiæ Imp. Ferdin. I. Ferdinandi ArchiD. Oenipontani, Filij. Imp. Ferdin. I. Mariæ Filiæ Ferdin. I. Magdalenæ, Fil. Ferd. I. Catharinæ, Fil. Imp. Ferd. I. Margarethæ F. Imp. Ferd. I. Johannis F. Imp. Ferd. Barbaræ, F. Imp. Ferd. I. Caroli F. Imp. Ferd. I. Ursulæ, F. Imp. Ferd. I. Helenæ F. Imp. Ferd. I. Johannæ F. Imp. Ferd. I. Philippi II. Regis Hispaniæ, Filij Caroli V. Imp. Annæ, Filiæ Imp. Maximil. II. Ferdinandi F. Maxim. II. ac demum Imp. Rudolphi II. Filij Imp. Maximil. II.* composita ab eod. supra memorato, *Sartorio.*

Priusquam longius progrediamur mentionem etiam faciemus *Johannis Austriaci*, Imp. Caroli V. filii nat. qui egregiè de re Christianâ meritus est nobilissimâ de Turcis apud Echinadas reportatâ victoriâ, de qua hæc in posteritatis memoriam extant. *Arcus aliquot triumphales & monumenta Victoriæ classicæ in honorem Invictissimi ac Illustriss. Jani Austriæ, Victoris non quieturi.* Auctore JOH. SAMBUCO, quibus adjectum est ejusd. argumenti *Carmen heroicum,* per HUGONEM FAVOLIUM. Antvverp. 1572. fol. 203. (837)

JOH. BAPT. ROSARII, de Victoriâ Christianorum ad Echinadas, Oratio cum duabus ead. de re Epistolis JOH. STURMII. Lips. 1594. 8. 204. (838)

MAXIMILIANUS II.

Ferdinando patre Viennæ An. 1527. natus, à primis adolescentiæ annis optimis literis & scientiis imbutus est, in quibus tantum profecit, ut pluribus lingvis, Germanicâ scil. Latinâ, Italicâ, Gallicâ, Hungaricâ, atquè Bohemicâ haud in ele-

gantes

ganter loqui potuerit. Cum Patruo & Patri in bello Smalkaldico, in prælio etiam Mulbergensi Dux adfuisset Hispaniam Anno 1548. pro rege rexit, acceptâ in matrimonium Caroli V. Filia Mariâ. Verum in Germaniam rediit, ne Pater sibi persvaderi passus Romanorum Regno cederet, quod ut fieret, Ipse & Pater tentabantur. Ipso adhuc superstite Rex Rom. Francof. electus An. 1561. paulò ante creatus Pragæ Rex Bohemiæ, & Posonii intra annum vertentem Ungariæ, Patre 1564. rebus mortalibus exemto Imperator esse cœpit, paternisque vestigiis insistens, raræ prudentiæ & æquitatis laude imperium administravit. In Rostochiensi causâ, Grumbachianis motibus & Gothano bello auctoritate sua usus. Bello Turcico multa Auspiciis Ipsius feliciter gesta, & Lazoro Schvvendio Duce strenuissimo Ungariæ loca aliquot recuperata, ut induciis anno 1568 cum Turcâ factis, 40. miliaria cis & trans Tibiscum Imperatori parerent. Poloniæ quoquè regnum cum ambisset, à quibusdam Rex nominatus est, sed cunctando occupandæ illius occasionem negligens, à Stephano Bathorio ejus possessione excluditur, frustra deìn pro vindicando regno Principum auxilia solicitans. Quæ ejus de religione mens fuerit, satis ex eo patet, quod lanienam Parisiensem, auctore genero suo Carolo IX. factam, seriò aversatus fuerit, uti Rescriptum ad *Lazarum Schwendium*, Ipsius manu exaratum, quod apud Goldastum Const. P. 2. p. 383. legitur, satis testatur, sed & quod sæpius dicere solitus fuit; *Qui conscientiis imperare vult, arcem ipsam cœli invadit.* Imò uti olim Patrem in componendâ Religionis causâ consilio juverat, ita postea ipse à Papâ suis Ecclesiasticorum matrimonium, & calicis usum petiit. *Austriacæ* etiam nobilitati religionis exercitium Anno 1568. certis conditionibus permisit. Unde in ipsa Austriæ metropoli Viennæ in templo Minimorum Evangelici ritus viguerunt. Maximum itaquè sincerioribus desiderium sui reliquit Imperator hic, æquitate animi, prudentiâ & justitiâ sine exemplo insignis, minus tamen prosperâ usus valetudine, cum viginti annos ex palpitatione cordis laboraverit, quod propinato à Granvellano veneno non defuêre qui ascriberent. Tandem Ratisponæ in ipsis Comitiis & quasi inter ordinum Imperii complexus, optimè de Rep. Christianâ meritam animam placide, atq; in fide Christi, uti Episcopo Neostadiensi quærenti responderat, efflavit, anno sal. 1576. ætatis v. 49.

Ad Gloriosissimi Imp. hujus historiam pertinent.

Vera narratio, quo modo & formâ D. Maximil. Bohemiæ Rex &c. electus fuerit in Regem Romanorum, ap. *Francof. A.* 1562. d. 24. Nov. apud *Schardium To. III.* p. 83.

Altera narratio de gloriosâ & solenni coronatione Rom. R. D. Maximil. facta eod. loco & anno, die v. ultimo Novembr. p. 861.

Convivÿ Cæsarei Descriptio eodem die celebrati. p. 86.

205. (839) *De Electione & Inauguratione Maximil. II. Rom. R. Francof. ad Mœnum A.* 1562. *Historia* per *Adamum & Nicolaum Heydenos fratres gemellos*, *ad Reverendiss. Pr. & Præs. Dn. Johannem à* LEYHEN, *Arch. Trevir. & Elect.* p. 88.

206. (840) *JOHANNIS POSTHII*, Germersheimii *carmen gratulatorium ad D. Maximil. R.* p. 92.

207. (841) *JOHANNIS LAUTERBACHII, ad eundem D. Maximil. Regem Rom. Carmina gratulatoria, & in Ejusdem Coronationem Epigrammata.* p. 95.

Catalogus Electorum, Principum legatorum, Comitum Baronum Nobilium & Doctorum Virorum, qui huic Inaugurationi interfuernnt. p. 99.

208. (842) Alphonsi Ulloæ Beschreibung des letzten Ungarischen Zugs oder Kriegs / so im Jahr 1565. und 1566 Käyser Maximil. wider den Sultan Solymann Türck. Käyser geführet. Basel 1568. 4.

209. (843) DAVIDIS CHYTRÆI *de tribus nostræ ætatis Cæsaribus Augg. Carolo V. Ferdin. I. Maximil.* II. *Orationes Argent.* 1570. 8. *Witteb.* 1593. 8. JACOBI MANLII,
210. (844) *De Majorum D. Maximiliani* II. *Ro. Imp. Vitâ defunctorum monumentis, sepulcris, templis, fanis, cœnobiis aliisq; hujusmodi, ab iis extructis, de nativitatis item mortisq; temporibus inde usq; à Clodovæo primo Christianorum Gallorum Rege, ad D. Maximiliani* II. *obitum: lib.* 4. *Aug. Vindel.* 1597. 4.

JOHAN-

JOHANNIS HANTSHMANNI, *De Symbolo D. Maximil. II. Rom. Imp. Dominus providebit: libb. 2. Lips. 1591. 4.* 211. (845)

Recitat etiam inter Bibliothecæ Ambrasianæ libb. MSS. Dn. LAMBECIUS.

N. *339.* CASPARIS BRUSCHII, *Carmen gratulatorium in Imperatoris Maxim. II. felicem ex Hispaniis reditum.* 212. (846)

N. *340.* Volumen charraceum germ. fol. quo continetur *Historia trium Coronationum Imp. Maximil. II. Bohemicæ videl. & Romanæ A. 1562. & Hungaricæ. An.* 1563.

Edere v. pollicitus est in *Syntagmate Rer. germ.* 213. (847)

Anonymi cujusdam *Descriptionem Satyricam Aulæ Imp. Maximil. II.*

Acta publica in electione Imp. Maximil. II. in R. Poloniæ collecta ab HUGONE BLOTIO, Augg. Biblioth. Cæs. Præfecto. 214. (848)

RUDOLPHUS II.

MAximiliani II. Imper. F. Patris operâ in Comitiis Posoniensibus Anno 1572. Ungariæ, Bohemiæ 1575. coronatus, eodemq; anno Romanorum Rex salutatus, Parente anno sequenti, in cœleste regnum evocato, Imperii curam solus suscepit. Princeps laudatissimus, cujus plurima pietatis, sapientiæ, clementiæ justitiæ favorisquè adversus literas & literatos singularis supersunt exempla. Multis memoriâ dignis rebus Imperii Ipsius tempora sunt insignita: In Comitiis enim Augustanis 1582. de Calendario Gregoriano disceptatum. Inde in Gebhardi Truchesii, Archiep. Colon, qui ejuratâ Disciplinâ Romanâ, nuptias cum Agnete Mansfeldiâ contraxerat; Anno 1592. Argentinensis Episcopatus inter æmulos controversi: An. 1605. Brunsvicensis Ducis, Aquisgranensi etiam, ubi obreceptam Evangelii doctrinam turbatum erat, caussis, auctoritatem suam interposuit. Actum etiam de successione Juliacensi. (cujus feuda Imperator Saxonibus Pragæ contulerat) Bellum quoquè Turcicum maximâ vi sub Ipso agitatum, variaq; fortunâ per plures annos continuatum fuit: Quamvis enim Barbarus Vesprinium, Palatam, Rabam, Papam, Canisiam partim vi partim fraude interceperat, Rudolphi tamen hujus auspiciis à Matthia & Maximiliano fratribus, Ducibusq; aliis fortissimis, successu haud infeliciori Filecum, Noviogradum, Strigonium, Hatvanum, Alba Regalis, Pestum, aliæq; urbes & castella munitissima recuperata, donec tandem An. 1606. hostis pacè tricennali initâ, à finibus Germaniæ, imò totius Europæ, cui imminere videbatur, sub motus. Anno deinde 1608. Frater Matthias, Ordinibus eum eligentibus Ungariam atquè Austriam Cæsari extorsit, Bohemiâ etiam cedere coëgit: Demum Anno *1612.* diuturno otio, cum nemini ferè aditum quærenti facile copiam faceret, à Tychone Braheo, uti putatur persvasus, plurimumquè temporis Alchymiæ studiis impenderet, solutus, è vivis excessit: Pragæ in templo arcis S. Vito dicato sepultus.

Religionis statum sub Ipsius Imperio quod concernit, Bohemis, Moravis & Silesiis, intercessione Saxoniæ Electoris, literis quas Majestatis vocant, vel Majestet Briefe/ de libro Religionis exercitio cavit: Nequè prætereunda hîc est Publicatio, paucis aliquot annis ante, nim. 1580. *Dresdæ* & *Tubingæ* procurata, Libri *Christianæ Concordiæ*, quem Ecclesiæ Evangelicæ Symbolicum agnoscunt, quippe, cui non modo ultra octo millia Theologorum, verum etiam Electores, Principes, Comites, Barones, & Imperialium civitatum Coss. Augustanæ Confessioni addicti subscripserunt: de quo libro, uti etiam Symbolo Gloriosissimi Imperatoris Rudolphi, OMNIA VOLUNTATE DEI, vide CHRISTIANUM MATTHIÆ, Theatri Histor. l. 4. p. 794. & p. 108. Edit. Amstel. 1648. 4.

Ad Historiam Ipsius illustrandam facere possunt sequentia.

De Adventu S. Cæs. Maj. Rudolphi II. Uratislaviam ingressi Anno 1577. 9. Cal. Jun. Gratulatio Ampl. Reip. Uratislav: Augustæ portæ, &c. Emblematis expressa, & carmine descripta à NICOLAO STEINBERG. *Uratislae*, 1578. 4.

215. (849)

Codex Epistolaris Imperatoris Rudolphi II. continens Epistolarum selectarum plusquam 200. de variis negotiis publicis scriptas, quibus Historia illorum temporum valde potest illustrari atq; suppleri. Edicionem ejus in *Syntagm. Rerum Germ.* pro-

216. (850) misit Dn. LAMBECIUS.

Kurtze und eigentliche Beschreibung des zu Regenspurg in diesen 94. Jahre gehaltenen ReichsTags: Sambt einverleibten Käys. Hoffstadts und corrigirten Titulars/ auf der Keys. Maiest. und deren Erbkönigreich und Landen/ auch aus Steyr/ Kärndten und Crain / hohe und nidere Officirer, Regiments Rath und Diener / so wohl was auf den Hungarischen Wendischen und Crabatischen Gräntzen für Bischöffe Prælaten/ Obristen/Haubtleute Rittmeister und andere Befehlhaber vorhanden / und wie sie mit Nahmen heissen: Zugleich was die Churfürsten und Fürsten / Geistlich und Weltlich/für stattliche Fürsten Grafen/Herrn von Adel/ rc. an ihren Höfen uff diesen Reichstag bey sich gehabt. Und denn der abwesenden Chur und Fürsten/ auch Stände des H. R. Reichs allhergesante fürnehme Räthe und Potschafften. Durch PETER FLEISCHMANN/ rc. Keys. Majest. ReichsEhrenhold. Regen-

217. (851) spurg 1594. 4.

MATTHIAS.

Maximiliani II. Filius Rudolphi II. frater, ante Imperii Administrationem, quam anno 1612. suscepit, Belgio quoque præfuit, sed in consulto fratre & maximâ Regis Hispaniæ offensione; quâ tamen dignitate, inclinantibus magis in Andinum Ducem Ordinibus se abdicavit. Bellum Turcicum, supremus exercitus Imperator fraternis auspiciis in Hungaria gessit, motusq; in illo regno composuit. Austriæ & Bohemiæ: uti paulò superius memoratum, potitus, accedente etiam Cæsareo fastigio, Ratisponæ Comitia celebravit, Protestantibus multa de consilio aulico & Camerâ Imperiali gravamina proponentibus, sed vix, medica manus sufficiebat. Cum Turcâ etiam de jure dandi Transylvanis Principem disceptatum, & demum 1615. in vicennium pax conclusa apud quos Gabriel Bathorius, à Betlehemo Gabore, Turcicis auxiliis instructo, aciè profligatus, & Waradini suorum proditione est interfectus. Adversus Aquisgranenses proscriptos, executionem Alberto fratri detulit, qui per Spinolam in ordinem eos redegit: Ipsius temporibus, ferale illud Germaniæ bellum in Bohemiâ ortum, præcipitatis Pragæ arcis defenestrâ Cæsaris Ministris, Wilhelmo Slabatâ, Jarislao Martinizio, & Philippo Platero Secretario; quibus motibus opprimendis Matthias Tampierium & Bucquojum destinavit. Obiit tandem continuâ ægritudine confectus, anno 1619. mense Martio, cum vitæ annos 62, potentiæ verò septem implevisset.

Faciunt huc,

218. (852) JESSENII *Coronatio Matthiæ R. Hungariæ. Hamb. 1609. 4.*

219. (853) *Acta Electionis & Coronationis, i. e. historica & vera omniũ, quæ circa Electionem & coronationem Serenissimi & Potentissimi Principis & Domini, D. Matthiæ I. electi Rom. Imp. semper Augusti, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ & Slavoniæ Regis, ArchiDucis Austriæ: Ejusq; Serenissimæ conjugis Annæ Austriacæ, Francof. ad Mænum Anno 1612. memoratu digna acciderunt; Descriptio, addito omnium Electorum Principum & Statuum Imperij Comitum, item Baronum Nobilium & exterorum Legatorum, qui tum temporis Francof. adfuerunt, Catalogo. Francof. 1612. 4.*

Zu Ehren der Käyserl. Wahl und Kröhnung Matthiæ des I. und Annæ Ihr K. Majest. Gemahlin den 14. (24.) und 15. (25.) Tag Junii des 1612. Jahrs zu Franckfurt mit grosser Solennität gehalten und verricht: Eine Tabella des Weltspiegels / darinnen Geistliche/Göttliche/und Politische Weltliche Sachen in einer Harmoni und Vergleichung gegen einander gestellet werden / nach den 7. Revolutionen der Planeten/ und 10. Altern/von Anfang der Welt biß zu Ende/ daraus zuersehen/ in was Zeiten wir seyn / und was noch zu erfüllen übrig: Gestellet und außgeleget durch HELISÆUM RÖSLIN/der Artzney D. und Hanauischen Liechtenbergischen

220. (854) Leib-Medicum. Franckf. 1612. 4.

FER-

FERDINANDUS II.

A Matthia Imperatore ad Bohemiæ & Hungariæ Regna consentientibus Agnatis evectus est, hac tamen conditione, ut ipso superstite regni negotiis se non ingereret, privilegia confirmaret, & religioni sua constaret libertas. Post Matthiæ vero fata, cum in ejus ditionibus succederet, Austria in juramento præstando cunctabatur, ut conditiones à novo Principe obtineret. Bohemi autem palam regnum ei abrogantes, Fridericum Palatinum Regem sibi creantes, Turriano ipsam etiam Viennam, Spe proditionis, tentante. Ferdinando vero Imperatore electo, Palatinus in albo monte victus Bohemiâ ejicitur, cujus fortunam brevi reliquæ etiam provinciæ secutæ & Unio dissoluta. Alia parte Bethlehem Gabor ab Ungaris advocatus, Posonio potitur, & Austriam depopulatur. Longum sane esset, & ab instituto alienum, omnem funestissimi hujus per Germaniam belli fortunam explicare, cum animus tot cædibus & depopulationibus recensendis horreat, satisquè suppetant Historicorum monumenta, qui prolixa serie tantas calamitates descripsêre: Ad eos igitur, quos Parte secundâ nominavimus, Auctores, Benev. Lectorem remittimus, pauca addentes quæ Imperatorem hunc concernunt, qui Anno seculi hujus trigesimo septimo è vivis excedens. Imperium perniciosissimis bellorum flammis involutum reliquit: Pertinent huc.

GVILELMI LAMORMAINI, Soc. Jesu. *Virtutes Ferdinandi II. Imp. &c.* *Colon.* 1630. 12. Ferdinandi II. Röm. Käysers Tugenden von P. Gvilhelmo Lamormaino Lateinisch beschrieben/verdeutscht durch P. JOH. JACOBUM CURTIUM. Viennæ. 1639. 4. 221. (855)

AUBERTI MIRÆI *de Bello Bohemico Ferdinandi II. Cæsaris liber. Colon.* 1622. 8. 222. (856)

FERDINANDUS III.

HIc Anno 1625. Hungariæ & biennio post Bohemiæ Rex creatus, post mortem Wallensteinii summam exercitus curam suscepit, quam gerens Ratisbonam recuperat, & adunatis Ferdinandi Cardin. Hispaniæ copiis prælio Norlingensi Svecos vincit. Anno 1636. Patre adhuc superstite, Rex Romanorum Ratisbonæ electus, & sequenti anno illi defuncto Imperator successit. Principia Imperii prospera visa, cum Gallassius Svecum hostem in Pomeraniam usq; persequeretur. Brisacum vero haud adeo multo post, amissum, prælioq; Lipsiensi Cæsareæ partes debilitatæ, & in hæreditarias provincias rursus effusi Sveci. Male etiam res gesta ad Jancoviam seu Tabor, sed hæsit ad Brinnam Moraviæ successus hostilis. Torstensonio suffectus deinde Vrangelius, & post hunc missus Carolus Gustavus Palatinus, bellumq; impigrè continuatum, donec Monasterii & Osnabrugæ Anno 1648. cum Svecis, qui jam artem Pragensem, cum alterâ civitatis parte, Duce Königsmarckio ceperant, pariter & Gallis pax inita, & Germaniæ tandem optata quies reducta est: Anno seculi hujus 57. obiit hic Imperator belloSvecico adversus Polonos immistus. Videri & hic possunt.

Historia Belli Germanici sub Ferdin. II. & III. 1645. 4. 223. (857)

EVERHARDI WASSENBERGII. *Panegyricus sacratissimo Imperatori Ferdinando III. dictus, singularem horum bellorum omnium, hujusq; pacis faciem, cum paranesi ad Germanos, pro communi Patriâ, libertate gloriâ tuendâ, repræsentans.* 224. (858) Colon. Agr. 1647. 12.

LEOPOLDUS I. P.F.A.

IGnoſce mihi, Imperator Auguſtisſime, cum lucidiſſimos Majeſtatis Tuæ radios imbecilli oculi mei ferrè non poſſunt: Tantus eſt virtutis Tuæ Gloriæquè ſplendor, ut felicioris quoquè Ingenii aciem hebetet, calamumquè tantis rebus geſtis deſcribendis imparem excutiat: Famæ potius hanc provinciam commendo, quæ ſummas Laudes Tuas per univerſum terrarum Orbem dudum circumtulit. Satis amplum *Volumen* Rerum Tuarum eſt Europa, cui tam alte ſunt impreſſæ, ut nulla temporum injuria earum memoriam ſit deletura. Si piis Patriæ precibus & humillimas meas jungere liceat, ſumma hæc voti eſto; Prodeant ex Illuſtriſſimâ Auſtriacorum familiâ, quæ tot Orbi Chriſtiano glorioſiſſimos dedit Imperatores, novi ſurculi, qui fortisſimorum factorum gloriâ, elegantisſima etiam impoſterum ingenia in ſcribendi curam vertant: Vive Imperator ſacratisſimè, ferreaquè noſtra tempora, Virtutibus Tuis & demirandâ Prudentiâ aurea redde: Redeat Imperio Tuo Germaniæ Pax optatisſima, priſtinusquè genti Teutonicæ nitor & gloria. Ut tandem & hanc de Sereniſſimis & Invictisſimis Imperatoribus Partem claudam, Fama laudatisſimas quosque Principes æternitatis inſcribat annulo: Gemma erit.

LEOPOLDUS.

Finis Partis III.



I. N. D. A.

PARS IV.

SCRIPTORUM RERUM GERMANICARUM.

ABsolutis jam, Deo favente, tribus Scriptorum Rerum Germanicarum Partibus, propitio jam Numine, quarta Eorum atque ultima concinnanda nobis, & Patriæ suæ studiosorum usibus communicanda restat: Sistet ea Lectori Ben. Auctores eos qui de singularum Germaniæ Provinciarum situ, Illustrissimis atque Serenissimis Earum Principibus, Generosissimis Comitibus & Baronibus, interdum etiam familiis nobilioribus, Rebus in iisdem gestis præcipuis, Urbibus, Basilicis, Monasteriis, Arcibus oppidis, & si qua præterea alia visu memoriâ digna se offerant, in publicum aliquid sunt commentati. Verum in tantâ librorum varietate, ne confusione offendamus, ordinem in ipso S. R. Imperio receptum sequamur, & per Circulos, quibus Illud distinctum, singula perlustrabimus: Veniam mihi facile promiserim, si ob proximas nundinas & instantem fere è Patriâ Emigrationem, non prolixè satis omnia, aut, uti quidem voluissem, accuratè tractaverim, præsertim, cum, uti in fronte Opusculi hujus monitum, cuncta hæc Germaniæ honori, ejusq; amantium commodis unicè destinaverim: Cujus, summique Ejus Capitis, & reliquorum Statuum Incolumitatem, & ubi bellorum jam tristibus laborat, tranquillitatem & felicitatem pristinam, Deum T. O. Max. bonus quisque mecum calidis votis rogabit:

Circulorum ergo, (de quibus vid. poterit LIMNÆUS, J. P. L. I. c. VIII. & *Tomo V. seu tomo 2. Addit.* cum aliis, Juris P. Commentatoribus) quos in describendâ Germaniâ observarunt, Parte I. n. 83. laudatus nobis *David Vechnerus*: SEBASTIANUS SCHRÖTERUS *Historicâ totius Terrarum orbis, inprimis v. novâ* 1. (859)
Germaniæ juxta 10. *circulos matriculæ S. Rom. Imp. Descriptione, Erf.* 1602. 2. *tom.* 8. & novissimè peculiari libro: Von des Heil. Röm. teutschen Reichs Zehen Kreissen/ Ulm. 1665. 8. excuso MARTINUS ZEILERUS: merito nobis erit. 2. (860)

I.

CIRCULUS AUSTRIACUS.

HIc ergò non tam ab Austro, quam Ost i. e. Oriente dictus, appellationem vetustam hodienum retinet, Notum enim est, Carolum M. Germaniam in duo distinxisse regna, quorum unum ad Franciam seu Galliam porrectum, Westerreich/ alterum verò ad orientem magis procurrens Oesterreich appellaverit: Continentur vero hoc sub Circulo, ArchiDucatus Austriæ, Ducatus Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & Comitatus Tirolis, seu Teriolensis. De singulis ordine videbimus.

ARCHIDUCATUS AUSTRIÆ.

FInes hic habet ab Ortu Hungariam, ſeptentrione Moraviam, Occaſu Bavariam
& verſus meridiem, Styriam.
Chartam Geographicam ArchiD. Auſtriæ *Wolffg. Lazij Amſtelodami* excudit
3. (861.) *Johannes Janſonius*:
Ad rem verò magis faciet, *Topographia Provinciarum Auſtriacarum cum*
4. (862) MARTINI ZEILERI *Deſcriptione*, quæ prod. *Francof. apud Merianum* 1649. *fol.*
cum figuris æri inciſis.
Promiſit etiam Ill. LAMBECIUS *in Syntagmate Rerum German.* in lucem ede-
5. (863.) re WOLFGANGI LAZII *Chorographiam Auſtriæ*, hactenus ineditam, inter Augg.
Bibl. Cæſar. Codd. MSS. Hiſtor. lat. 427. cum præfixâ Epiſtola dedicatoriâ ad Fer-
din. I. dat. Viennæ. 1545.
Sereniſſimos vero ARCHIDUCES (de quibus vide *Chr. Gaſtelium. De Sta-
tu publica Europa, Parte* 3. *c. X. p.* 453.) quod concernit, Familiæ Illuſtriſſ. hujus
Origo diu in abdito latuit, adeo ut nequè hodienum ſatis inter ſe conveniant An-
tiquitatum ejusmodi indagatores. Vir ſummus PETRUS LAMBECIUS, S. Cæſ.
Maj. Conſiliarius, Hiſtoriographus & Bibliothecarius &c. in eâ eſt ſententiâ, eam
ab antiquâ Romanâ gente ANICIA PERLEONIA deſcendere, utpote quam Glo-
rioſiſſimi Rom. Imperatores Maximil. I. & Carolus V. aliiq; Principes Auſtriaci,
ut veram, & inde ab Ipſius Imp. Rudolphi I. temporibus ad ſe propagatam validiſ-
ſimâ approbatione ſuâ confirmarunt, Ipſequè in *Prolegomenis Annalium Auſtria-
corum* prolixius demonſtrandam, & adverſus contradicentes eam defendendam
(quod ſine dubio etiam præſtitit, cum Editionem illorum Annalium, nuperi nun-
dinarum Catalogi indicarunt) ſuſcepit: Laudat vero hujus ſuæ ſententiæ Auctores
non modo recentiores.
6. (864) ARNOLDUM WIONEM, Monachum Benedictinum, in Opere *de initiis
Ord. S. Benedicti*, quod *lignum Vitæ inſcripſit*: impr. *Venet.* 1595. 2. *vol.* 4.
7. (865) JOHANNEM SEIFRIDUM Sileſium Uratiſlav. Ciſtercienſis Ord. Mona-
ſterii Claræ vallis Auſtriæ Abbathem Zvvethalenſem, in opere cui *Arboris Anicianæ*
titulum indidit: quod prodiit *Viennæ Auſtriæ* 1613. fol. (vid. etiam *Zeil. Hiſtor.
Chronol. & Geogr. celebr. p.* 2. *p.* 135.
Sed etiam vetuſtiores, uti præter *Albertum Argentinenſem* de quo P. II. n.
8. (866) 107. actum HENRICI GUNDELFINGII, Conſtantienſis AA. Mag. & Eccleſiæ
Friburgenſis Cappellani, *Hiſtoriam Auſtriacam MS.* nondum quidem editam, ſed
quam cum literato orbe communicare pollicitus eſt, ejusq; partem, lib. 2. Comm.
de Bibl. Cæſ. cap. 6. p. 467. & ſeqq. cum neceſſariis Adnimadverſionibus exhi-
bet:
9. (867) Itemquè ULRICI KRIGII, Nobilis Tigurini *Chronicon*, tempore Imperato-
ris Rudolphi I. compoſitum quidem, ſed hactenus beneficio Typographiæ nondum
vulgatum, quod citatur à *Joh. Stumpffio Hiſtoriæ Helv. lib.* 7. *c.* 12. his verbis:
Dieſer Ulrich Krieg iſt der älteſte Geſchichtſchreiber/den wir finden/der gründlich und
deutlich anzeigt/der Herrn von Habſpurg Herkommen ſey von alten Römiſch. Ge-
ſchlecht. &c. So nun dieſer Hiſtorienſchreiber/bey K. Rudolphi Zeiten ſelbſt gele-
bet/hat es ein gar gründlich gut anſehen/daß man damahls ſolche oberzehlte Meinung
von Herkommen bemelter Grafen für gründlich warhafftig gehalten/und von keiner
andern Meinung gewuſt habe. &c.
Imò etiam acerrimè invehitur in GASPAREM SCIOPIUM, qui *Diſceptatio-
10. (868) nem* ſub titulo: *Stemma domus Auſtriacæ, Conſtantiæ A.* 1651. *in* 12. edidit, qua ſcil.
eruditiſſimum de Genealogiâ Auſtriacâ Opus malitioſè vellicare auſus ſit, indi-
gniſſimâ, ut ulla ejus habeatur ratio, quippe quæ nihil contineat ſolidi, ſed meras
cavillationes ſcopticas & injurioſas, quibus maledicentiſſimos Momos & Zoilos
quosquè Auctor ille ſuperaret, vid. *lib.* 2 *de Bibl. Cæſ. c.* 6. *p.* 493.
Teſtatur etiam *lib.* 1. *Comm. de ead. Bibl. p.* 50. ſupereſſe adhuc in Bibliothe-
cá Cæſareâ nonnulla Bar. STREINII ſcripta hactenus inedita, inter quæ etiam ſit
11. (869) *Imperfectum aliquod Opus, Anti-Anicianum, contra Arnoldi Wionis, Mon. Benedi-
ctini*

ttini *Dilucidationes Originis Principum Augg. Domus Austriacæ, ex antiquâ Romanâ gente Aniciâ.* Vid. prolixius, d. l. 1. *Comm. de Bibl. Cæs. p.* 50. 51. 52. *& lib.* 2. *p.* 467. *& pluribus seqq.*

Alia est opinio FRANCISCI GVILLIMANNI, qui libro quem inscripsit, *Habsburgica, de antiquâ & vera origine Domus Austriacæ Mediol.* 1605. 4. ad Rudolphum II. Imp. qui Illustriss. hujus stirpis progenitores ad antiquissimos Comites Vindonissæ & Altenburgi refert: 12. (870)

Novissimè diversam sententiam approbando retulit Vir Pl. Rev. PHILIPPUS JACOBUS SPENERUS, qui in *Sylloge Genealogico-Historicâ*, *impr. Francof.* 1677. 8. *Familiâ Austriacâ*, p. 3. ita scribit: *Nunc ex Hieronymi Vigenerij demonstratione ad liquidum res omnis deducta, quod ab Erchenbaldo descendat; eâ evidentiâ, ut Job. Jac. Chiffletius peculiari Commentario Deductionem defenderet, & expungi jussis quæ antea in diversam sententiam scripserat, suam faceret. Nec adversarius ejus David Blondellus refragatur, non contemnendo certitudinis argumento &c.* 13. (871)

Minime vero dubium est à veritatis semitâ longè aberrare, qui ex regio Francorum sangvine Austriacam domum deducunt: quod commentum suum Imp. Maximiliani I. tempore, ex mera adulatione, teste *Cuspin.* Orbi obtrudere conatus est JOHANNES STABIUS: quem postea *Hieronymus Gebwilleriu, Jacobus Manlius*, & complures alii, inter quos ipse etiam *Wolffg. Lazius*, variis licet modis sibi invicem contradicentes, secuti, illud propagarunt, & variis adinventionibus expoliverunt: 14. (872)

Ludibrio vero vanitate suâ fuere illi, qui ad aream usquè Noæ & Abrahamidas ascendere sunt ausi: uti, teste modo laudato, Dn. *Spenero*, apud *Lazium* quidam Anonymus, *Haselbachius* Theologus, *Henricus* Friburgensis seu *Gundelfingen*, *Alb. Bonsteten &c.*

Controversiam hanc ut minimè nostram facimus, neque enim Instituti nostri est, lites tantis Viris agitatas componere, cum nudam tantum Auctorum recensionem susceperimus; ideoquè cœpto in stadio pergentes, eos qui de hac re præter nominatos scripserunt, quantum eos hactenus scire licuit enumerabimus: Occurrunt autem porro,

MICHAELIS EYZINGERI Austriaci, *Genealogia Principum Austriæ à Julio Cæsare usq; ad Rudolphum II. Imp. & Philippum II. Hispan. Regem* 50. *generationibus continuatæ. In thesauro Principum hac ætate viventium. Colon.* 1590. 8. 15. (873)

NICOLAI CLEMENTIS. *Austriaci Reges & Duces*, Colon. 1591. 4. 16. (874)

JOHANNIS RASSII, *Genesis Austriaca seu Genealogia Austriæ Archi Ducum ex prosapiâ Comitum Habspurgensium deducta à Poëtis variis carmine conscripta & congesta. Constantiæ.* 1594. 4. 17. (875)

JOH. Hubenreich *Genealogia* des Hauses Oesterreich. Hanau 1597. fol. 18. (876)

HIERONYMI MEGISERI, *Calendarium Genealogicum Domus Austriacæ.* 1614. 8. 19. (877)

ABRAHAMI HOFMANNI *Geneal. Austriæ. Lips.* 1612. 20. (878)

Typus Gloriæ Austriacæ à Rudolpho Habspurgio ad Serenissimum & Invictissimum Principem & Dn. Dn. LEOPOLDUM I. *Austr. Rom. Imp. Germ. Hung. & Bohemiæ R. per gloriosissimos, ex eadem Augustâ Austriacâ stirpe Cæsares & Antecessores derivata, una cum Electione Ejusd. S. Cæs. Maj. in Imp. Rom. variâ Poësi exhibitus à*, *JOH. REINARDO MARXIO*, Imp. Eccl. S. Barthol. Francof. Canon. *Francof.* 1658. 4.

HIERONYMI MEGISERI *Theatridion Heroum Austriæ. Lentij ad Istrum* 1618. 4. 21. (879)

DIDACUS TAFURUS. Ord. Franc. *de Origine, Antiquitate & nobilitate Austriacæ familiæ. Oenipontæ.* 1660. *fol.* 22. (880)

G. C. B. I. T. L. B. A. C. T. I. H. *Phosphorus Austriacus, seu de gente Austriacâ libb.* 3. *in quibus prima illius origo, magnitudo, Imperium, ac Virtus asseritur ac probatur. Lovan.* 1665. 12. 23. (881)

Serenissima

24. (882) *Serenissimæ domus Austriacæ Imperatores, Reges, Imperatrices, Reginæ, Archi Duces item, tam elegidiis quam prosâ libris 4. succinctè descripti à* JOH. PETRO LOTICHIO. Francof. 1661. 8.

25. (883) Nequè hic silentio prætereamus, quem Parte III. n. 8. laudavimus JOH. CUSPINIANUM seu Spieshammer: cujus præter eruditam & luculentam *Austriæ Chorographiam*, extat etiam *Austria, seu Marchionum, Ducum & ArchiDucum Austriæ Historia, cum Casp. Bruschij præfatione carmine elegiaco. Basil.* 1553. & *Francof.* 1601.

26. (884) *NICOLAI REUSNERI, Principum Ducum ArchiDucum, Regum, Imperatorum Austriacorum Elogia.* Itemquè,

27. (885) *HIERONYMI WOLFFII In Cæsarum Austriacorum Imagines disticha κατὰ προσωποποιΐαν.* nec non,

28. (886) *HENRICI MEIBOMII. Invictissimorum pervetustæ familiæ Austriacæ Cæsarum Augg. Ro. Imp. Elogia:* videbis apud *Eliam Reusnerum* Stirpi Pharamundanæ, subjecta: p. 44. & seqq.

Iconibus etiam Illustrissima hæc domus est exornata. Conspiciendi enim patent.

29. (887) *Principes Reges & Imperatores Gentis Austriacæ in suis Imaginibus, Insignibus, Trophæis & elogiis descripti à FRANCISCO BERGOMATE,* Maximil. II. Aulico. *Venet.* 1572. fol. pat.

Des allerdurchläuchtigsten Hauses Oesterreich Hertzogen/Ertzhertzogen/Könige und Käyser eigentliche Contrafactur/ sambt Historischer Beschreibung Dero Geburt-Register und Geschlecht von Rudolpho I Röm. K. biß auff Ferdinandum II.

30. (888) in unsere deutsche Sprache versetzt/ von WOLFGANG KILIAN / Bürger und Kupfferstechern Augsp. 1619. fol.

Non vero Universæ Domus Austriacæ Principes Serenissimi, integris Voluminibus junctim semper sunt collaudati, verum etiam ex illis nonnulli peculiaribus etiam monumentis illustriores sunt redditi, sc.

S. LEOPOLDUS.

EJus nominis IV. Austriæ Marchio. Hujus posterorum *Tabulam Genealogicam* in Volumine membranaceo in 8. se invenisse in Bibliotheca Ambrasianâ, & Vindobonam transtulisse testis est *Dn. Lambecius*, vide *Comm. de Bibl. Cæsd.* 2. c. 8. p. 916. Obiit an. 1136. d. 15. Novembr.

SIGISMUNDUS.

DUx Austriæ Comes Tirolis, &c. qui *A. C.* 1457. obiit, de quo videndus *Elias Reusn. Stirpe Pharamundanâ.* p. 35. Extant de Ipso.

31. (889) *De Sigismundi Ducis Austriæ honoratissimo Adventu ad Constantiam Civitatem Alemanniæ An.* 1459. *Epistola VENTURÆ de PERUSIO Pontani, ad Stephanum de Nardinis, Protonotarium:* apud FREH. To. II. p. 113.

Sigismundi Ducis Austriæ ejusq. Advocati, GEORGII ab HAIMBURG, *Appellatio & Apologia contra Censuram & excommunicationem Pij II. Pontificis* 1460. *interposita.* apud Eundem fol. 118.

ALBERTUS.

ARchiDux Austriæ & Belgii Gubernator: V. de Ipso SPENER. *Sylloge Gen. in familiâ Austriacâ.* p. 81.

32. (890) *AUBERTI MIRÆI. Commentarius, de Vitâ Alberti Pij, Austriæ Archi Ducis.* VII. *Antw.* 1622. 4.

OGERII. Albertus & Isabella. Duaci. 1600. 8.

33. (891) *JOHANNIS BOCHII.* S. P. Q. Antvverp. à Secretis, *Historica narratio pro-*

34. (892) *fectionis & Inaugurationis Alberti & Isabellæ Austriæ ArchiDucum Antw.* 1602. fol. cum fig. æneis.

LAU-

LAURENTII BEYERLINCK, *Laudatio funebris Alberti, Austriæ ArchiDucis VII.* Antv. 1621. 35. (893)

JOH. JAC. CHIFLETII, *Lacrymæ prisco ritu fusæ in Exequiis Alberti Pij, Belg. Principis. Ibid.* 1621. 36. (894)

FERDINANDUS. Cardin. Hisp.

DIEGO de AEDO y Gallaer. *Viaje del Infante Cardinal Don Ferdinando de Austria. Amberes* 1635. 4. teste Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ in Academiâ Oxoniensi, impr. Oxoniæ 1674. fol. 37. (895)

Cum ergo ab initiis adeo angustis in tantam Majestatem Augustissima hæc Domus excreverit, ut universum Terrarum Orbem suo impleverit splendore, mirandum non est, si submissis alii oculis eam devenerentur, aliis contra eam obliquâ tuentibus hirquis respicientibus. Testimonio erunt.

JOHANNIS GEORGII KIEFFERS, *Dissertatio de Domo Austriacâ, Habspurgio Austriaco-Germanicâ, Ejusq. Regnis, Ducatibus & Prærogativis. Argentor.* 1672. 8. 38. (896)

EMANUELIS ORCHI Capuccini *Encomium Gloriæ Austriacæ. Bambergæ.* 4. 39. (897)

JOHANNIS ADAMI WEBERI *Adamas Austriacus*, Francof. 1668. 8. 40.(898)

Oesterreichischer Lorbeer Krantz mit Kupffern 2. Theil. Franckf. 1625. & 27. fol.

JOH. JACOB FUGGERS Spiegel der Ehren des hochlöbl. Ertzhauses Oesterreich. Nürnb. 1668. fol. 41. (899)

Discurs von der Oesterreichischen Macht. A. 1626. 4. 42. (900)

Histoire de la Politique de la Maison d'Austriche, Paris. 1663. 4.

Historiam præterea quod concernit Austriacam, neque hic desunt Monumenta, quibus cupidum animum explere queant harum Rerum Studiosi, scil.

LEONHARDI WURFFBEIN/ unterschiedl. *Relationes Historicæ* vom Hause Oesterreich. Nürnb. 1626. fol. 43. (901)

JOH. GOPPENHAUSERS/ Habspurgisches Chronicon. Marp. 1631. fol. 44. (902)

CASPAR ENS, Fama Austriaca, das ist eigentliche Verzeichniß denckwürdiger Geschichten/welche sich in den nechstverflossenen Jahren her biß auf und in das Jahr 1627. begeben haben/ darinnen sonderlich die Böhmische Unruhe und Außgang derselben/neben vielen andern Sachen / so sich fast in der gantzen Welt zugetragen/erzehlet werden: Sambt einen kurtzen Stamm Register des Hochlöbl. Hauses Oesterreich/ Cölln. 1627. fol. 45. (903)

NICOLAI VERNULÆI *Historia Austriaca.* Lovan. 1651. 8. 46. (904)

GERHARDI de ROO, *Annalium Austriæ Rerum lib. 12. à Rudolpho I. usq. ad Carolum V. gestarum, Oeniponti* 1592. it. 1600. *Augustæ.* 1621. fol. 47. (905)

MSS. vero hactenus inedita, in Syntagmate Rerum germanicarum in publicos usus vulgare promisit Dn. *Lambecius.*

ÆNEÆ SYLVII *Historiam Austriacam, usq. ad Ann. Chr.* 1458. quo ipse ex S. R. E. Presbytero Cardinali Titulo S. Sabinæ Pontifex creatus & Pius II. appellatus est, dupliciter duabus distinctis, & sibi invicem è regione collocatis columnis editam, ex duobus ipsius Sylvii autogr. Codd. chartaceis, non mediocriter à se invicem discrepantibus: cum Annotationibus necessariis & Tabb. Chronolog. 48. [906]

HENRICI GUNDELFINGII de Constantiâ AA. Mag. Eccl. Friburg. in Helvetiâ Decani [cujus etiam paulo superius mentio facta] *Historiam Austriacam*, Anno 1467. compositam & Seren. ArchiD. Sigismundo, qui Anno 1496. Oenipente sine liberis obiit dedicatam. 49. (906)

ALBERTI BARONIS de BONSTETEN qui Imp. Maximiliani I. Sacellanus fuit & Eremitarum in Helvetiâ Decanus, *Historiam Austriacam*, Anno Christi 1491. compositam & Regi Galliæ Carolo *VIII.* dedicatam. 50. (908)

ENGELBERTI Abbatis Admontensis opus quod inscribitur *Speculum virtutum*, & inter Ann. Christi 1308. & 1314. in Ducum Austriæ & Styriæ Alberti atq; 51. (909)

Otonis, Filiorum Imp. Alberti I. & nepotum Rudolphi I. gratiam & usum compositum;

Ejusdem *Chronicon Austriacum*, ab Anno 1104.

Anonymi cujusdam coætanei Auctoris *Narrationem de dissensione Provincialium Austriæ post obitum Imp. Maximiliani I. ortam Viennæ, & quæ subsecuta sunt Serenissimo Principe Ferdinando Austriæ provincias moderante.*

Mentionem alię etiam inediti Auctoris facit *Zeilerus, parte 2. Histor. Chron. & Geogr. celebr.*

52. (910) WICHARDI A POLHEIM Austriaci, Archiep. Salisburgensis, qui condiderit *Chronicon Austriæ* ad Ann. 1312. Manuscriptum hoc fuisse testatur Viennæ apud *Wolfgangum Lazium*, cujus etiam meminerit *Urstisius* præfatione in illustres Germaniæ Historias.

Inter loca autem ArchiDucatus hujus, peculiaribus monumentis illustrata, occurrit nobis.

VIENNA.

INferioris Austriæ Metropolis, Sede Imperatoris Romano-Germanici, Episcopatu, operibus & munitionibus validis, itemque Academiâ, aliisque visu dignis nobilissima: Videri de hac possunt,

P. LAMBECII *Comm. de Aug. Bibl. Cæsareâ libri 2. cap. 1.* quo demonstratur WIENNAM AUSTRIÆ nec *Viennam*, nec *Biennam*, nec *Vianam*, nec *Vendum*, nec *Galbianam*, nec *Flavium*, nec *Flavianum*, nec *Alam Flavianam*, nec *Aras Flavias*, nec *castra Flaviana*, nec *Flavabim*, nec *Faviam*, nec *Fabianam* à Romanis olim appellatam fuisse, p. 1. Item cap. 2. Quo demonstratur, *Wiennam Austriæ vero & genuino nomine suo à Romanis antiquitus appellatam fuisse VINDOBONAM*, p. 34.

53. (911) WOLFGANGI LAZII *Rerum Viennensium Commentarij*, *Basil.* 1546.

54. (912) M. HENRICI ABERMANNI Beschreibung der Stadt Wien. Hic *Lazij* Historiam de civitate Viennensi vertit in sermonem Germanicum, auxit & sumtibus dictæ civitatis A. 1619. edidit.

55. (913) JOHANNIS MARTINI STELLÆ, LL. Doct. *Descriptio & munitio Urbis Viennæ, Austriæ Urbis nobilissimæ, à Sultano Solymanno immenso cum exercitu obsessæ Historia*, legitur apud *eundem*: To. II.

De Concilio Provinciali, quod auctoritate Summi Pontificis Clementis IV. à Fratre *Gvidone* Tituli S. Laurentii in Lucinâ Cardinale, Presbytero & Apostolicæ sedis Legato *Vindobonæ seu Wiennæ Austriæ*, Anno 1267. mense Majo celebratum est: *vid. Dn. Lambecij, Comm. l. 2. cap. 3. p. 57.*

Academiæ Vindobonensis Statuta & Privilegia, exhibet Idem *Dn. Lambecius, lib. cit. c. 5. p. 79.*

56. (914) *Catalogus Rectorum & Illustrium Virorum Archigymnasii Viennensis, in quo præter elegantissimam temporum seriem, summa continentur quasi capita earum rerum, quæ celeberrimæ huic Academiæ, sub cujusq. Magistratu contigerunt memoriâ digna, ab Anno* 1237. *ad Annum* 1559. per GEORGIUM EDERUM. JC. & Ejusdem Academiæ Rectorem *Viennæ* 1559. 4. Idem *Catalogus* secundâ vice impressus est *Viennæ Typis Matthæi Rictij* Anno 1645. 4. cum Auctario Rectorum, & aliorum Academiæ ejusdem illustrium Virorum, ab Anno 1559. ad Ann. 1644. inclus.

57. (915) WOLFGANGI LAZII, *Commentarius in antiquis Urbis Viennensis Inscriptiones, operâ Hermetis Schallauczeri Cæsarei Architecturæ Præfecti erutas, Viennæ, apud Raphael Hofhaltern, anno* 1560. fol.

CREMBSMÜNSTER.

CEleberrimi nominis Monasterium in Austriâ superiori, Ord. Bened. latine *Cremifanum* seu *Cremiphanium* appellatum: Annales Ejusd. Monasterii v. *Parte 2. n. 66. & 96.*

S. FLO-

S. FLORJAN.

INclytum Austriæ superioris Monasterium S. Floriani Canonicorum Regularium S. Augustini; Cœnobii ejus chronicon. v. Parte sec. n. 92.

KLOSTER NEUBURG.

SPlendidissimum & opulentissimum Monasterium Austriæ inferioris, cujus Chron. v. P. 2. n. 93.

ZWEYTHAL.

CElebertimum ordinis Cistertiensis Cœnobium Claræ vallis in Austriâ inferiori; cujus chronicon. v. Parte 2. p. 78.

MAURBACH.

CHronicon Maurbacense, seu Antiquissimi & celeberrimi Monasterii Carthusiani, vallis O. SS. in Maurbach, duobus circiter mill. germ. à Vindobonâ dissiti, 58. (916)
& Anno Christi 1313. à gloriosissimo Austriæ & Styriæ Duce Friderico Pulcro, qui seq. Ann. 1314. à parte VII virorum contra Ludov. Bavarum electus est, fundati, cum consensu fratrum suorum Leopoldi, Alberti, Henrici & Ottonis, inter quas inprimis notabile est Ejusd. Imper. Frideri Testamentum, quod unâ cum aliis variis eò pertinentibus antiquis Diplomatibus in jam memorati splendidissimi Monasterii Archivo etiamnum authenticum asservatur, & illustrandæ ac supplendæ illorum temporum historiæ plurimum potest inservire. *Editionem Ejus Chronici* promisit in *Syntagmate Rerum Germ. Dn. Lambecius.*

MELCK.

CElebèrrimum, & cum arte, tum præcipuè naturâ munitissimum Austriæ inferioris ad Danubium in præcelsâ rupe situm cœnobium Melicense, v. Melck: Varia ad hoc Cœnobium spectantia Monumenta ex vetusto volumine MS. Bibliothecæ Ambrasianæ n. 273. indicat Dn. LAMBECIUS, *Comm. lib. 2. c. 8. p. 920.* 59. (917)
nempe

I. Historiam Martyrii & Miraculorum S. Colomanni, natione Scoti, qui A. C. 1012. in Sacro itinere Hierosolymitano, ab incoles oppiduli Austriæ inferioris Stockerau, quasi hostilis explorator innocens suspensus, est, in eod. monasterio sepultus, compositam ab Erchinfrido, tertio Cœnobii Melicensis Abbate, qui eodem vixit tempore.

II. Historiam de particulis ligni S. Crucis, quæ in cœnobio Melicensi asservatur, conscriptam ab Anonymo quodam vel Abbate vel Monacho ejusd. cœnobii, [quam integram idem Dn. Lambecius exhibet ex eod. Cod. supra, p. 621. usq; ad p. 627.) unâ cum annexo Serenissimi Ducis Austriæ Rudolphi IV. Diplomate de eadem S. Crucis particulâ.

III. Historiam de B. Gothalmo, Patris S. Colomanni Cellario, qui in Cœnobio Melicensi sepultus est, compositam a Bernhardo cognom. Dapifero Monacho Melicensi. anno 1362.

IV. Indulgentias Monasterio Melicensi, à Summis Pontificibus, Cardinalibus, Patriarcha Constantinopolitanæ civitatis, Archiepiscopis & Episcopis misericorditer concessas. &c.

V. Historiam Fundationis cœnobii Melicensis, ab Anonymo quodam, ejusdem vel Abbate vel Monacho compositam.

VI. Epitaphia duo veterum ex familiâ Babenbergensi Marchionum & Marchionissarum Austriæ, qui quæve in Cœnobio Melicensi sepulti sepultæve sunt, quorum apographa etiam ibid. exhibentur, p. 921. Vide omnino *cit. loc. à p. 610.* usq; 633.

LAUREACUM vel Lorch.

PErvetuſta & celeberrima Norici Ripenſis Urbs ad confluentes Danubii & Aniſi, Epiſcopatu olim, poſtea in Archiepiſcopatum mutato, inſignis fuit, ſed cujus ex ruinis dirutâ ab Hunnis Urbe Anno 735. Anaſſum vulgò Ens, ſurrexit, ſede ejus Archiepiſcopali primo Patavium inde Salzburgum translatâ. De ejus Antiquitatibus Ethnicis pariter, & dignitate Metropolitanâ videri poteſt Dn. *Lambecius* d. l. p. 633.—654. Uti etiam de *Coloniâ Aureliâ Anton. Ovilabi*, vulgo nunc dictâ Wels: Item de celeberrimo Monaſterio *Lambacenſi* v. Lambach dicto, ubi olim fuit veterum Rom. *Tergolape*, de *Colonia Æliâ Cetienſi* v. Kalen, & tandem de admirandâ *cataracte Trauni amnis*, vulgò der Traunfall, conſulatur idem à p. 654. usq; 666.

WINDHAAG:

ARx, in ea Auſtriæ ditione ſupra Anaſum quæ Machlandia dicitur, ſub diœceſi Altenburgenſi: De hac ita *M. Zeilerus* lib. Von den zehen Kreyſen/ pag. 92. ſcribit: Allda iſt zuſehen/ 1. die HofCapell/ und darunter die Krufft. 2. Die anſehnliche Bibliothec, in den mitlern Gaden des neuen Schloſſes; darinnen ſich allbereit Anno 1656. über zwey und zwantzig Tauſend außerleſene Bücher / und darunter die jenige Freyherrliche Helmfahrt Jörgeriſche Bibliotheck/ ſo vorhin zu Steyregg geweſen befunden/ die noch immer vermehrt/ und deßwegen ſtets zwene Buchbinder gehalten werden. 3. Der Römer Saal ob ſolcher Bibliothek / 4. Der Oeſterreicher Saal/ in welchen beyden/ wie auch in der Bibliothek allerley ſchöne Gemälde und Sachen zu
60. (918) beſichtigen ſeyn / ꝛc. Wie die Beſchreibung hiervon mit ſchönen Abriſſen und Kupfferfiguren in gemelten 56. Jahr/ zu Franckfurt herfür gegeben worden iſt.

STIRIA.

SEcunda Circuli Auſtriaci provincia eſt Ducatus *Stiriæ*, qui adortum habet Hungariam, Septentrionem Auſtriam, Occaſum Carinthiam, Meridiem Croatiam & Slavoniam. Hunc quod attinet, ſæpius laudatus Dn. *Lambecius* mentionem facit voluminis membranacei Bibl. Ambraſianæ, num. 320. in quo comprehenſa ſint:

61. (919) I. *Chronicon antiqvum de finibus Auſtriæ & Styriæ*, cujus principium: Der Hertzog Heinrich mit dem Grenne dingt den Marggrafen Otachern von Steyr ſeyn eigen. &c. Aliud ejusdem *Chronici* multo antiqvius exemplar authenticum extare teſtatur in *Augg. Bibl. Cæſ. inter Codd. MSS. hiſtoricos lat.* 197. Eodem etiam uſum olim eſſe *Wolffgangum Lazium*, ut videre ſit *libro ſeptimo de migrationibus Gentium*, quippe ubi non ſolum aliquoties citetur, ſed & honoris gratiâ eum nominat *pervetuſtum Codicem vetuſtiſſimorum Annalium Auſtriacorum.* Exaratum autem eſſe illum Codicem manu *Helvici Thuringi*, Ottacari Regis Bohemiæ, Ducis Auſtriæ & Stiriæ, Marchionis Moraviæ Notarii, Anno Chr. 1265.

62. (920) Ejusdem HELVICI *Thuringi*, Ottocari Regis &c. Notarii aliud opus in Syntagmate Rerum German. edere promiſit Dn. Lambecius: *Rationarium* illud eſt *Auſtriæ & Stiriæ partim ſub ipſo Ottocaro Rege Anno 1265. & 1567. partim autem poſt annum* 1273. *ſub Imp. Rudolpho I. compoſitum* cujus, præmiſſâ de ejusmodi libellorum Rationum utilitate Diſſertatione, principium exhibet modo nominatus Auctor l. 2. *Comm. de Bibl. Cæſ. l. 2. c. 4. p. 71. & ſeqq.*

De Ducibus & Privilegiis Stiriæ laudatus Dn. *Lambecius in Bibl. Ambraſianæ Cod. chartaceo MS. in fol. n. 321.* contineri teſtatur:

I. *Genealogiam veterum Machionum & Ducum Auſtriæ atq; Stiriæ ex familia Babenbergenſi*, germanicè

II. *Ottocari, Ducis Styriæ Diploma datum A. C. 1186. quo Ducem Auſtriæ Leopoldum VI. cognomine Victorioſum, declarat heredem ſuum & ſucceſſorem; ſimul & antiqua Ducatus Stiriæ Privilegia recenſet atq; confirmat*, latinè.

III. *Confirmationem praecedentis Diplomatis per Imper. Fridericum II. promulgatam in Castro Cremonæ, An.* 1249. lat.

IV. *Privilegiorum Ducatus Stiriæ supra memoratorum Confirmationem & augmentationem per Diploma Imp. Rudolphi I. datum Vindobonæ An.* 1277. german.

V. *Eorundem Privilegiorum Confirmationem per ArchiDucem Austriæ Albertum cognomine sapientem & Contractum, promulgatam* An. 1399. germ.

VI. *Aliam eorundem Privilegiorum confirmationem per ArchiDucem Fridericum, ArchiD. Leopoldi Probi filium, datam* An. 1424. germ.

VII. *Confirmationem & augmentationem Privilegiorum Ducatus Stiriæ per Imp. Frider. V. & Filium Ipsius Maximil. I.* partim lat. partim germanicè.

Præterea faciunt hic VALENTINI PREVENHUBER *Castrum Stiriæ*, laudatum *M. Zeilero* von den 10. Kraysen tit. 1. p. 79. 63. (921)

LAURENTII de CHURELICHZ, *Narratio Itineris in Stiriam Carinthiam & Carniolam Leopoldi I. Imper. &c. Viennæ* 1661. 8. 64. (922)

CARINTHIA.

Tertia Austriaci Circuli Regio Ducatus est *Carinthia*, fines habens ab ortu & Septentrione *Stiriam & Episcopatum Salisburgensem*, ab occasu vero & meridie *Alpes & Comitatum Tirolensem*, nec non *Forum Julium* seu Friaul. Pertinent huc,

JOHANNIS SALIVANI Libellus *de Situ Carinthiæ*, Basil. 1557. 65. (923)

THEOPHRASTI CELSI, *Geographia Carinthiæ*, quæ teste *Michaele Neandro, in explicatione Orbis terræ succinctâ*, Germanicè excusa habetur in 8. 66. (924)

MICHAELIS HÖRINGS Beschreibung des Landes Kärndten. Leipzig. 1608. 8. 67. (925)

Ad historiam vero illustrandam spectant,

Volumen chartaceum in 4. quo continetur Antiqui cujusdam Auctoris *antiqvum Chronicon Ducatus Carinthiæ*, ab Anno Christi 764. usquè ad Ann. 1497. quod inter MSS. Codd. Bibl. Ambrasianæ, num. 378. recenset Dn. *Lambecius l. 2. Comm. c.* 8.

HIERONYMI MEGISERI Churf. Sächs. Histor. & P. P. *Annales Carinthiæ*. Leipzig. 1608. 8. 68. (926)

Ad Privilegia vero

Imperatoris Friderici V. *Diplomata quatuor germanica*, quibus privilegia & Jura Ducatus Carinthiæ recensentur & confirmantur: quæ continentur, in volumine membranaceo MS. quod inter Bibliothecæ Ambrasianæ Codd. recitat num. 321. Dn. *Lambecius*.

Lands Handvest des löbl. Hertzogthumbs Kärndten/darinnen Kayserl. Königl. und Landsfürstl. Freyheiten/Statuta, Landsgebräuche / und andere Satz-und Ordnungen/auff sondern Befehl einer Ehrsamen löbl. Landschafft obwohlermeldtes Ertz-Hertzogthumbs Kärndten aus den alten Originalen fleißig abgeschrieben/und ordentlich collationirt/folgends von neuen gedruckt. Anno 1606. fol. 69. (927)

CARNIOLA.

Carniolæ, Ciliæ, Comitatus, & Vinidorum Marchiæ Tabulam Geographicam, auctore *Gerhardo Mercatore*, excud. *Guilb. Bleau*.

TITOLIS.

Nobilissimus hic Comitatus fines habet à Septentrione *Bavariam & Sveviam*, ab occasu, *Helvetiam*, Meridie autem & ortu *Italiam, Salisburgensem Archiepiscopatum, & Carinthiam*. Huc faciunt *Comitatus Tirolensis Mappa Geographica excusa à JOH. JANSONIO WAREMUNDI VOEGT Tirolis Comitatus Regionumq; finitimarum nova Tabula & Descriptio. Pragæ* 1605. 70. (928)

Meminit etiam Martinus Zeilerus lib. von den zehen Kraysen tit. 1. p. 37. Der neulichsten Beschreibung der Gefürsteten Grafschafft Tirol Herrn CHRISTOF ULRICH AMPACH in den leben Käysers Maximiliani, item ANDREAE
71. (929) ZIBOCK von den Tirolischen grossen Adel.

De *Sebato* sive *Sevato*, vulgo Schwatz vallis Oenipontanæ pago, ditissimis metallorum fodinis celeberrimo, de *Urbe Oenipontana*, & de magnificentissimo Imp. Maximil. I. *Monumento marmoreo*, Statuis æneis 28. colosseæ magnitudinis circumdato, quod ibidem extat in templo Franciscanorum ab Imperatore Ferdin. I. e quadrato saxo magnis impensis constructo, & S. cruci dicato; De celeberrimo Ordinis Præmonstratensis S. Norberti *cœnobio, Veldidenensi*, vulgò nunc corruptè *Wilden, Wilten, Wiltan & Wilthain* appellato: De famosissimo illo pariete *S. Martini*, vulgo die Martinswandt/ ubi Imp. Maximilianus I. dum in primo juventutis florè, temeraria & imprudenti aviditate rupicapras insequitur, in maximum & præsentissimum vitæ periculum incidit (cujus etiam typum *Urbium præcipuarum Theatro quinto num.* 59. exhibet GEORGIUS BRAUN) de celebratissimâ Archi-Ducali Arce variisquè rebus illic spectatu dignis, vide apud Dn. LAMBECIUM *Comm. lib.* 2. *c.* 8.

COMITES TIROLENSES.

T*irolensium Comitum Icones: Augustæ* 1599.
72. (930) De HENRICI GUNDELFINGEN Cod. MS. *de Successione Comitum Tirolensium* v. Dn. LAMBECIUM. *Comm. lib.* 2. *c.* 6. *p.* 509. 510.

TRIDENTUM.

URbs Tirolensis Comitatus, Italis *Trento*, v. Trient/ad ripam Athesis Episcopatu, nec non & novissimo Concilio, quod Anno superioris seculi 45. vel 46. ibi haberi cœptum & usq; ad annum 63. continuatum fuit, nobilitata. De
73. (931) hujus Urbis Episcopis prolixum librum exaravit JANUS PYRRHUS.

BRIXIA.

OLim Brixino ad Eysaccum, & ipsa Episcopali dignitate fulgens in finibus Italiæ. De hujus Urbis rebus videri potest HELIAS CAPREOLUS Brixiensis,
74. (932) JC, qui extremis Frider. III. temporibus, atquè imperante Maximiliano I. potissimum floruit; *Scripsit is de rebus Brixianis libros* 14. ex quibus 12. in lucem emissi Brixiæ, sed duo postremi ipsius Capreoli manu exarati apud *Dominicam Molinum*, teste Vossio, fuerunt.

ASCANII MARTINENGI. Brixiensis *Vitæ SS. Martyrum, Faustini, Jovitæ,*
75. (933) *Afræ, & aliorum plurimorum Sanctorum Brixiensium, materno Italico Idiomate; quæ post illius obitum evulgatæ sunt, Brixiæ An.* 1602. *apud Petrum Mariam Marchettum.*

De BARTHOLOMÆO BRIXIANO, pluribus de Jure Commentariis notissimo, qui etiam de *Brixia & Bergamo*, teste *Philippo Bergomate, Chron. supplem. lib.*
76. (934) 12. *ad annum* 1240. egit, videri potest *Vossius, de hist. lat. l.* 2. *c.* 57. *p.* 436.

Meminit etiam idem *Vossius* l. 2. c. 35. p. 299. RAMPERTI trigesimi noni vel
77. (935) juxta alios quadragesimi Brixiensium Episcopi; Celebratur hic tractatu suo *de translatione S. Philastrij, septimi Brixiensium Episcopi*: qui MS. in perantiquo Cod. superest in sacrario Brixiensi, atq; impressus extat apud *Surium To. IV. ad l.* 18. *Julij.*

CIRCULUS BAVARICUS.

CIrculorum secundus est *Bavaricus*, sub quo comprehenduntur *Archiepiscopatus Salisburgensis, Episcopatus Passaviensis, Episcopatus Frisingensis, Bavariæ utriusq; Ducatus, Palatinatus superior, Palatinatus Neoburgicus, Landgraviatus Leuchtenbergensis, & Civitas Imperialis Ratispona ad Danubium.* Huc faciet

MAR-

MARTINI ZEILERI *Topographia Bavariæ, Francof. ap. Merianum* 1644. fol. 78. (936)

ARCHIEPISCOPATUS SALISBURGENSIS.

Ditissimus hic est & Amplissimus, finesq; habet ab ortu *Austriam & Carinthiam*, à septentrione *Bavariam*, ab occasu item *Bavariam & Comitatum Tirolensem*, à meridie *Carinthiam*. Pertinent huc

JOH. PAPT. MAYERN / Saltzburgische Chronicka 4. cum fig.

Anonymi cujusdam *Chronicon Saluburgense*, qui orditur ab anno 580. & desinit Anno 1475. Edidit illud *Tomo* 6. *Antiq. Lat.* HENRICUS CANISIUS. In cujus Tomo 2. extat etiam *Auctor de Episcopis Salisburgensibus*, qui vixit circiter annum 1184. v. *Voss. l.* 2. *cap.* 53. *p.* 408. 79. (937) 80. (938) 81. (939)

Metropolis Salisburgensis Tomus Primus, *continens primordia christianæ Religionis per Bajoariam & loca quædam vicina, Catalogum videl. & ordinariam successionem Archiepiscoporum Salisburgensium & Cœpiscoporum Frisingensium, Ratisponensium Patavienfium ac Brixiensium, Patriæ amore ac venerandæ Antiquitatis studio, summâ fide & diligentiâ collecta à Nob. & Ampl. Viro* WIGULEO HUND *à Sultzenmos J.C. ac Supremi Bojorum Senatus Monachij Præside. Accesserunt præter Diplomata summorum PP. Impp. Regum, Principum &c. historia insuper continuationem, Notæ* CHRISTOPHORI GEWOLDI, J. D. *Seren. Bajoar. Duc. à Consiliis. Monachij.* 1620. fol. Ejusdem Tomus alter, *continens fundationes & Erectiones Monasteriorum & Ecclesiarum collegiatarum per Bajoariam & loca quædam vicina, cum Diplomatis summorum PP. Impp. Regum, Principum &c. & notis Christophori Gewoldi &c. Ibid. eod.* 82. (940)

JOHANNIS DOMINICI HESS, *Catalogus Antistitum & Archiepiscoporum omnium, qui Ecclesiæ Metropolitanæ Salisburgensi à D. Ruperto totius Bavariæ Apostolo, usq; in hunc diem ordinariâ successione præfuerunt Ingolst.* 1586. 4. 83. (941)

Auctor passionis S. TYEMONIS *seu Themonis Archiepiscopi Salisburgensis, qui in terram sanctam proficiscens in itinere captus, & cum sociis à Saracenis est interfectus*: Exhibet eam HENRICUS CANISIUS, *To.* 4. *Antiq. Lect.* 84. (942)

De *Coloniâ Hadrianâ Juvaviâ*, vulgò nunc Saltzburg dictâ, ejusq; variis rebus spectatu dignissimis, *de pretiosissimâ Statuâ æneâ*, pro Antinoi ab Hadriano adamati imagine à nonnullis habitâ, quæ An. Chr. 1502. in *Carinthiâ* in amplissimis ruinis pervetusti municipii *Solvensis* fortuito reperta, & à *Matthæo Langio* S. R. E. Cardin. & Archiep. Salisburgensi translata est. v. Dn. LAMBECIUM. *l.* 2. *Comm. c.* 8.

EPISCOPATUS PASSAVIENSIS.

CASPARIS BRUSCHII, *de Laureaco veteri admodumq; celebri olim in Norico civitate, & de Patavio Germanico, ac utriusq; loci Archiepiscopis & Episcopis omnibus, libb.* 2. *Basil.* 8. 85. (943)

NICOLAI SCHREITWEINI *Catalogus Archiepiscoporum & Episcoporum Laureacensium, & Pataviensium compositus Imp. Frider. V. & continuatus usq; ad annum*, 1517. Ejus Editionem *in Syntagmate Rerum German.* promisit *Dn. Lambecius.* 86. (944)

EPISCOPATUS FRISINGENSIS.

ARIBO, quartus Ecclesiæ Frisingensis Episcopus honestissimum hoc onus suscepit anno 761. annisquè sustinuit 23. Scripsit *vitam S. Corbiniani* qui primus fuerat Episcopus Frisingensis. Habes ap. *Surium* To. V. d. 8. Sept. 87. (985)

BAVARIA.

Ducatus hic, utriusquè superioris Bavariæ das Hertzogthumb Ober und Nieder-Bayern Fines habet ab oriente *Austriam & Stiriam*, septentrione *Bohemiam*, Occidente *Sveviam & Franconiam* Meridie *Carniolam & Comitatum Tirolensem*. Faciunt huc.

Bava-

88. (946) Bavariæ cum suis confinibus Descriptio geographica per PETRUM APIANUM, Francof. 1605.

89. (947) MARQVARDI FREHERI, *Chronicon de Principibus terræ Bavarorum*, *Amberga*. 1602. 4. Huc quoque spectant quæ inter hunc *M. Freherum* & *Christoph. Gewoldum* agitata sunt & recensita *Part. I. n. 305. seq.*

90. (948) Geschlecht-Register der Durchläuchtigsten Hertzogen in Bäyern / und etlicher eigentliche Bildniß/anjetzo in die deutsche Sprache versetzet/und von WOLFGANG KILIAN Bürgern und Kupfferstechern in Augspurg in Kupffer gestochen. Augsp. 1632. fol.

91. (949) DOMINICI CUSTODIS Antvv. Civis Augustani & Chalcographi Duces Bavariæ cum Commentario, Aug. Vindel. 1605.

TASSILO.

92. (950) TAssilonis, ex perillustri ac antiquâ familiæ Agilolfingiâ Bojorum Ducis ultimi *Diploma*, quo Monasterium Chrembsmunster ab se conditum mirificè ditat, cum Notis *Henr. Meibomii*, inter alia opuscula à Nepote editum. *Helmst.* 1660. 4.

93. (951) Hertzog Wilhelms in Beyern und Fr. Renatæ aus Lothringen Hochzeitl. Ehren-Fests-Beschreibung. München 1568. fol. reg.

94. (952) Bavariæ Ducum nunc viventium, Ducis Alberti, Ernesti Episcopi Freisingensis, Gvilhelmi & Ferdinandi, vivæ Imagines, cum eorum Insignibus; Inventore PETRO WEINHER. 1574. fol. reg.

ALBERTUS.

95. (953) ACademiæ Ingolstadiensis orationes funebres in exequiis Alberti Ducis Bavariæ solenniter habitæ. Ingolst. 1580. 8.

96. (954) Threnodiæ ab Academia Dillinganâ conscriptæ & filiis ejus consecratæ Dilingæ. 1592. 4.

ERNESTUS.

97. (955) ERnesti Principis, utriusque Bavariæ Ducis, in Leodiensem Principem χειροθεσία, Illiusque in suam civitatatem ac reliquas Leodinæ patriæ Urbes solennis inauguratio. His accessit Tractatus de Bojorum origine, rebus gestis & Bavariæ præstantiâ, Auctore JOHANNE POLITO. Leod. Colon. 1583. 8. Ad historiam Bavaricam v. spectant.

98. (956) JOHANNIS AVENTINI *Annalium Bajorum libri septem, ex auth. Codd. MSS. restituti & aucti à NICOLAO CISNERO, Basil.* 1580. *fol.* it. 1617. & 1627.

99. (957) MARCI VELSERI, (quem *Freherus de Statura Caroli M.* Virum summum, neq; solum in Augustanâ Rep. sed in omni regno literario summum & Eminentissimum appellat) *Rerum Bojicarum libri V. Aug. Vindel.* 1602. 4.

Bayerische Geschichten in 5. Bücher abgetheilt darinnen begriffen/was sich mit den Bayern von ihren ersten Anfang / biß zur Zeit des Käysers Caroli M. verlauffen durch Herrn Marx Welsern/Röm. Käys. Majest. Rath/und Stadt-Pflegern in Augspurg in Latein beschrieben/und mit seinen Gutheissen verdeutscht. Augsp. 1605. 4.

100. (958) ANDREÆ Presbyteri Ratisponensis, qui Sigismundi Imp. temporibus claruit, *Chronicon de Ducibus Bavariæ, usq; ad annum Chr.* 1439. *continuatum & ab Aventino commendatum, Amberga* 1602. *cum Paralipomenis Leonhardi Bauhöltz Presbyteri ad ann. usq;* 1486.

101. (959) *ANDREÆ BRUNNERI Annalium Virtutis & fortunæ Bojorum partes* 3. *Monach.* 1626. 8.

102. (960) JOHANNIS ADLZREITER / à Tettenvveis, Arcani consilii Cancellarii *Bojicæ gentis Annales. Monachii*, 1662. fol.

103. (961) NICOLAI BURGUNDI, *Historia Bavarica*. 1636. 4.

104. (962) Meminit quoq; Lambecius *l. 2. Comm. de Bibl. Cæs.* c. 8. p. 976. Voluminis chartacei in fol. reg. MS. *Bibl. Ambras.* n. 381. in quo continetur VITI ARENPECKII

